







17.
1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.



1720.

1. Alberti, Michael: De doloribus.
2. Alberti, Michael: De irae energia et morbos produca-
tum.
- 3^{a, b, c} Boehmerus, Fod. Henning: De libertate suffragiorum in
Collegiis publicis. 3 Sempl. 1720, 1724 & 1738
- 4^{a, b, c} Boehmerus, Fod. Henning: De subditis pecuniariis
et stabitis Habsburgici Imperatoris Romanorum Germanorum Hungarorum
et Croatiae. 3 Sempl. 1720, 1731 & 1744
- 5^{a, b, c} Boehmerus, Fod. Henning: Deceptione metus iniusti
in statu naturali et civili. 2 Sempl. 1720 & 1730
- 6^{a, b, c} Boehmerus, Fod. Henning: "Dissertationes inang. juridicae,
quae juris publici generis repraesentant. . .
publico . . . eximio . . . subiectis. 2 Sempl. 1720
& 1736.
- 7^{a, b, c} Boehmerus, Fod. Henning: De vero usu remedia possessionis
ordinarii et summarii. 3 Sempl. 1720 & 1738.

1720.

8^a, ^{6.^{ae}}₂ Boetmerus, Ioh. Henricus: *Controversias selectas
circa tractatus pacis Westphalicae*. -- ex auctori
publico submittit. 3 Saep. 1720, 1730 & 1741.
(praescriptione)

9^a, ^{6.^{ae}}₂ Boetmerus, Ioh. Henricus: *De praescriptione
circa decimas ecclesiasticas et seculares*. 3 Saep. 1720
& 1739.

10. Verlingius, J. Grad: *De more inveniendi signata
petustissima*.

1779
1. Buchführung über den Verlauf der
Lohnarbeiten für die
Jahre 1779 bis 1780
2. Buchführung über den Verlauf der
Lohnarbeiten für die
Jahre 1781 bis 1782
3. Buchführung über den Verlauf der
Lohnarbeiten für die
Jahre 1783 bis 1784



4720 3a

11

DISSERTATIO INAUGVRALIS IVRIDICA
DE

EXCEPTIONE METVS INIVSTI

IN
STATV NATVRALI
ET
CIVILI,

QVAM

INDVLTV ILLVSTRIS ORDINIS IVRIDICI,
IN REGIA FRIDERICIANA,
PRAESIDE

DN. IVST. HENNING. BÖHMER O, IC.

POTENTISS. REG. BORVSS. A CONSILII INTIMIS
PROF. IVR. ORD. ET h. t. DECANO,

PATRONO SVO OMNI ANIMI SVBMISSIONE COLENDO

PRO GRADV DOCTORALI,

publico eruditorum examini

AD D. 28. NOVEMBR. M DCC XX.

H. L. Q. C.

SVBICIET

AVTOR

IOACHIMVS DIETERICVS EVERS,

WISMARIENSIS.

HALAE MAGDEBVRGICAE,

Typis CHRISTIANI HENCKELII, Acad. Typogr.



DISSERTATIO INAVGURALIS IURIDICA

DE
EXCEPTIONE
MEEVS INIVSTI

IN STATU NATURALI

ET IN STATU CIVILI

QUAM
INDITIS IURIBVS ORDINARIIS IURIDICI
IN REGIA FRIDERICIANA

AVGVSTI HENNING BOEHNERO

POTENTISS. REG. BORVSS. A CONSILII INTIMS

PRO. IUR. ORD. ET M. DECANO
CANTONIS SVV. ORD. ET M. DECANO

PRO GRADU DOCTORALIS

AD D. 23. NOVEMBER. MDCCLXX

H. L. S.

AVTOR

IOACHIMVS DIETTERICVS EVERS

WISMARENENSIS

HABEAT MAGISTER RICARDVS
TYPVS CHRISTIANVS HENCKELIUS, ACQV. TYPVS





DISPUTATIONIS INAUGVRALIS
DE
EXCEPTIONE METVS IN-
IVSTI IN STATV NATV-
RALI ET CIVILI,
CAP. I.

DE
METV INIVSTO.

§. I.



Nihil frequentius inter ^{Diversitas} homines videre licet, quam quod ^{appetitus} voluntates eorum circa res ^{hominis cir-} appetendas, maximè diversae sint, adeo, ^{cares} ut, quod hic tanquam *bonum* appetit, idem alter ac *malum* aversetur. Unde hoc? cum rerum qualitas semper eadem, & quod vere bonum non possit esse malum, ac contra. Ratio rei petenda est ex diversitate cognitionis intellectus spe ac metu excitati, quem voluntas semel in motum deducta presso, ut ita dicam, pede sequitur, adeo, ut quæ ille cognoscit tanquam bonum, voluntas non possit non appetere, quæ contra i-

A

psi

quid bonum & malum? pfi videntur mala, haec absolute ac simpliciter averferetur. Est autem *bonum* nihil aliud, quam quod *perfectionem nobis quandam conciliat*, malum vero, quod *istam imminuit*, aut *plane destruit*.

§. II. Uti vero bonum, quando praefens est, *gaudium* in nobis excitare aptum est; ita malum praefens nil nisi *tristitiam* parit. Illud futurum *spe* animos pacificat; hoc futurum illi *metum* iniicit. Sunt autem *spes* & *metus* illi duo affectus, ad quos reliqui ad unum ferme omnes commode referri possunt, quod & facit HOBBS. *Leviath. C. VI. in f. III. Dn. THOMAS. in fundam. I. N. & G. c. 2.* Regitur quippe quibus affectibus homo regitur homo iis circa omnes actiones suas, adeo, ut *sine cupiditate* (quo vocabulo *spes* apud alios audit) *metusque; vivere hominem non magis posse, quam sine sensu, recte agnouerit* Philosophus ille Malmesburiensis *l. cit.* Quid enim *spes* aliud, nisi *cupiditas boni conjuncta cum opinione illud obtinendi*? quid *metus*, *aversio cum opinione mali secuturi*? CIC. *Qu. Tusc. L. III.* In illo autem obtinendo, hoc declinando omnem versari vitam nostram, quotidie experimur. Hinc de *metu iniusto*, indeque competente exceptione, disputaturo simul quoque de eius opposito, *spe*, necessario dicenda nonnulla erunt. Fufius naturam utriusque examinant Ill. Dn. THOMAS. *L. cit. & Ill. Dn. GUNDLING. de efficient. metus tum in promissionibus liber. gent. tum etiam hominum privatorum cap. I.*

Id quod LLatores in ferendis LL. probe observarunt. §. III. Cum autem, ut paulo ante monui, tota vita hominum circa *spem* ac *metum* verferetur; hoc maxime movet LLatores, ut in ferendis legibus praemiis propositis *bonorum spem*, poenis vero *pravorum metum* excitarent. Talem leges ferendi rationem Icti Romani adeo necessariam duxerunt,

a) MACROB. *Somn. Scip. circa f. Inter LL.* inquit, *illa imperfecta dicitur, in quo nulla deviantibus poena sancitur.* Pro tali imperfecta lege habuerunt Legem Cinciam (de qua VLEPIANVS *pr. Tit. I. in fragmen.*)

xerunt, vt leges imperfectionis arguere non dubitarint, (a) quae praeter definitiuam partem in simul non constarent & vindicatiua, nat. & ex. in sanctio dicta §. 10, l. de D. R. Illa, vt sci- rent subiecti, quid faciendum omittendumue sit, vt bono- rum ciuium munia obiiisse dici possent, praemiaque legum obseruantiam concomitantia expectare; hac, vt ipsis in si- mul constaret, quid patiendum iussa exequi negligentibus. Nam, vt propter prauitatem ingenii humani in vetita tendere amantis, superuacaneum est dicere, hoc fac, si non facientem nil mali sit mansurum; ita absurdum est dicere, poenas dabis, nisi causa, quae iure poenam mereatur, praecesserit; verba sunt PV- FEND. Op. Mai, L. I. c. 6. §. 14. & Op. Min, L. I. c. 2. §. 7. Ipse Decalogus hifce duabus conficitur partibus, sufficienti iudicio, optimam hanc esse LL. ferendarum rationem.

§. IV. Non autem tantum LLatores hac via procedere Imo & pri- uati circa pa- cta.prehendimus, sed & in priuatis obligationibus pactitiis obtinuit, vt, proposito bono quodam & malo, animi pacifcen- tium flecterentur, Res haec per se plane indifferens. Quis enim me contra ius fecisse assereret, si sub spe lucri ac com- modi ad obseruanda, quae mecum iniisti, pacta te excitem, quem vel sine hac esca ad id obstringit religiosissimum illud iuris nat. praeceptum; PACTA SERVA, quod egregie ex- ponit PV FEND. Op. Maj. L. III. c. 4. §. 2. & Op. Min, L. I. c. 9. §. 3. add. GROT. L. III. c. 19. §. 1. Aut, num ius tuum me lae- disse dices, si, malo minitatio & exposito, ad explenda promissa

A 2

mentis, & fassus FRID. BRVMMER in speciali Comm. ad banc legem quae extat inter ejus opuscula junctim edita Lipsi 1711. in 8vo) eo quod nulla alia illi adiecta fertur clausula quam haec; qui se- cus fecerit, improbe fecisse videtur, quanquam infamiam poenae loco hic fuisse, vel iudicium arbitrio eam relictam putat PV FEND. L. I. cap. 6. §. 14. qui plures eiusmodi LL. imperfectas ex antiquis scriptoribus affert, qualem & notat GROT. L. II. c. 5. §. 16. in not. conf. CUIAC. in L. I. de l. & l.

vnde con-
uentiones
poenales
LLbus ap-
probatae.

missa volentem adigere coner? Minime gentium. Approbat hunc vltimum modum ipsa conuentionum poenaliu natura, qua uno eodemque tempore ad duo te mihi obstringis. Ad primum, dum praestanda praestare promittis: ad alterum, dum, si datam fefelleris fidem, ad certam te obligas poenam. Exempla eiusmodi conuentionum poensalium ex iure ciuili profant multa; ex quibus non nulla hic afferre lubet. Notabile quoddam praebet §. 2. *f. de V. O.* quae sedes est huius materiae in Inst. vbi Imperator optimum praebet consilium, vt si quis stipuletur, aliquid fieri vel non fieri, simul certam poenam subiiciat, ne quantitas stipulationis in incerto sit, ac actori necesse probare, quod eius interest. In obligationibus enim *faciendi* nemo praecise cogi potest ad faciendum, sed praestando interesse liberatur; *l. 13. §. f. 72. 81. 112. d. V. O.* secus ac in obligationibus *dandi*, vbi per viam executionis manu militari res, quae debetur, auferri facile potest, *l. 63. d. R. V.* Quae enim, quae so, incommoda, si ad faciendum vi cogendus quis esset? Nam qui v. g. ad aedificandum obligatus esset, opus potius ruinosum efficeret, quam dextre artem suam illi applicaret. MANZIUS ad d. §. f. VINN. & BEYER *ibid.* STRVV. *Exerc. 47. §. 12.* Dissentit HUBER *praelection. iuris ciuilis add. §. 7.* vbi vide Ill. DN. THOMAS. Probatio autem interesse, cum sit difficillima, optime omnino sibi prospicere putauit Imperator, si stipulator certam sibi poenam stipularetur, quo si in illa succumberet, satisfactionem haberet. Aliud exemplum occurrit in *contractu emt. vend. sub lege Commissoria*, qua, si conuentum pretium ad praestitutum diem non fuit solutum, loco poenae *arrham* vel partem pretii soluti amittit emptor *l. 4. §. 1. l. 6. pr. de lege commiss.* LAVT. *ad d. tit. §. 13. seq.* ibique *Commentatores* apud MOLLENBEC. In casu quoque *poenitentiae* vulgo *Ken-Bauff, Ken-Geld*, non solum

lumi a venditore sed & emptore poena conventionalis valide promittitur, BERLICH, P. I. dec. 43. BESOLD. voce *Reu-Bauff*. Haec aliaque plura exempla poenarum conventionalium videri possunt apud LAUTERB. *dissert.* singulari de *poena conuentionali*, cui add. eiusd. *tract. d. Arrba*.

§. V. Licet autem, uti iam monui, per se indifferen-
tia plane sint, *spem boni* in alio excitare, aut *metum* alicui
incutere; nihilominus tamen circumstantiae hic rem im-
mane quantum mutare possunt, adeo, ut pro earum di-
uersitate mox eadem actio pro *bona*, mox iterum pro *ma-*
la reputari queat; ut itaque *metus incussio* non simplici-
ter pro actione moraliter mala, nec *spei excitatio* promo-
raliter bona habenda sit. Hoc sequens illustrabit exem-
plum. Quis enim vitio mihi verteret, si cui, leges tam di-
uinas quam humanas violare non dubitanti, iterum ite-
rumque in memoriam reuocarem poenas eiusmodi fari-
nae homines manentes, si id facere non desisterem, do-
nec metum horum malorum animum eius occupasse in-
telligerem, sicque in rectam eum reducerem viam, ut
nunc aliam agere vitam, alios inducere mores inciperet?
Quis, inquam, ideo me carperet? Econtrario si, spe facta
lucris, ad homicidium, ad furtum, ad rapinas, ad iniu-
rias inimico meo inferendas, aut ad aliud quoddam ne-
fandum scelus quem adigere tentarem, aut quaesitis vn-
dique blanditiis animum eius ad turpiter agenda delini-
rem, num me recte egisse quis crederet? Vix puto. Non
possum itaque non approbare LEGEM illam ATTICAM,
quae atrocius in eos statuebat, qui sub *spe lucris* potius,
quam *vi aperta* metuque incusso virginem corrupissent.
LYSIAS Orat. I. PVFEND. L. II c. 5. §. XI. in f. Multo e-
nim grauius est monente LIBANIO Declam. II. edit. Mo-
rell. p. 222. *persuadere, ut stagirosa esset, quam necessitate*
adhibita dedecorare. Et recte VLPIAN. l. I. §. 3. de seru-
corrupti. persuaderi, inquit, est plus, quam compelli atque co-

Spei & metus
excitatio a-
ctio est indif-
ferens.

Sed iuxta re-
rum circum-
stantias mox
bona dicen-
da mox mala.

quod Exem-
plis probatur

gi sibi parere. Hinc quoque est, quod LL. Romanae grauius coërceri voluerint, qui seruum persuasione ac spe facti lucri corrumperet, quam qui vicium cogeret. vid. DD. *ad tit. de seruo corrupti.*

Vbi maxime ratio habenda finis eius, qui spem vel metum excitat.

ac de in quodnam ad illa habeat ius,

vnde non difficilis Resp. ad quaest. num persecutiones propter religionem sint licitae? Rationes affirmat,

Negativae veniores.

§. VI. Ex dictis itaque sufficienter constare puto, in diiudicanda moralitate *spei & metus* excitandi *finem* porisimum esse attendendum, cui quoque addas velim, ius eius qui spem vel metum producit. *Finis* enim in moralibus semper est optima mensura mediorum. Si itaque *spei* aut *metus* excitatio adhibita est ad prauam eliciendam actionem, vituperanda: sin ad bonam, laudanda est, id quod exempla *praec.* §. allata illustrent. Dein considerandum quoque erit, quodnam habeat ius spe lactans vel metum incutiens. Si enim illud demonstrari nulla ratione potest, diiudicatu facile erit, iure ne an iniuria per metum ad edendam actionem te perduxerit, quae iniuria eo manifestior atrociorque, quo magis indifferens est actio, quae vi aut metu a te extorta fuit. Vnde non difficilis erit responsio ad quaestionem, num persecutiones religionis ergo susceptae iustae sint? Videtur illa prima fronte affirmanda, eo quod finis earum optimus est, honor nimirum ac gloria Dei. Quanam enim actio melior, quanam iustior esse potest quam ad hanc promouendam quaetendit? Iam vero illa nulla ratione magis promoueri potest, quam si eo omnes intendamus nervos, vt in religione conspiremus omnes, *unumque corpus, unum spiritum, unum habentes dominum, unam fidem, unum baptisma* etiam deprehendamus in vnitatem mentis. Veruntamen, quin, hoc non obstante, negativae firmiter inhaeremus, non vnum me mouet argumentum; vnde enim ius illud probas, quod vi metuque adhibito religionem propagare liceat? Nam, siue prouoces ad rationem siue ad reuelationem, succumbis. Non succurrit tibi ratio, quia finis, quem intendis, est impossibilis, ac consequenter media ad eum

eum obtinendum absurda sint atque inepta necesse est Conscientiis enim dominari, supra humanas est vires, interque referuata Dei; quod vtiā omnes Principes ita agnoscerent, quemadmodum STEPH. BATHORÆVS & MAXIMIL. II, qui, quando ad profundendum Protestantium sanguinem incitaretur, sæpius dicere solitus est: *Nullum peccatum grauius esse, quam conscientias dominari velle*; item: *hoc idem sibi videri ac si quis coelum oppugnare veller*. vid. CRATO in *Orat. eius Funebri*. Idem in literis quoque ad LAZ. SAVEND. apud GOLDAST. *const. Imp. T. 2. p. 383.* sic loquitur: *Es ist in Warheit nicht anders als ihr vernünftiglich schreibet, das religions Sachen nicht wollen mit dem Schwerd gerichtet werden. Kein erbaber, Gottsfürchtiger und Friedliebender wird es auch anders sagen.* Digna profecto verba tanto principe! Et sane aequae est frustranea vis, qua ad *credendum* cogere intendis, quod pro falso habere intellectus iubet euidenter, ac si cogere quem velles, vt haberet pro nigro, quod oculis eius tanquam album se repraesentat. Hypocritas quidem facies, qui spe lucri aut metu violentiae tuam religionem ore profitebuntur, animo ab eo remotiores quam oriens ab occidente. At, num ita finem tuum obtinuisti? Nonne potius Dei gloriam profanasti, dum ad tam atrox peccatum proximum inuitas? Injustas; si non *directe*, tamen *per indirectum* ad finem meum peruenio. Scilicet in descendentibus eorum, quos spe aut metu ad castra mea pertraxi. Sed, num facienda mala, vt inde eueniant bona? Porro, nec te iuuat reuelatio; nam siue adducas illud: *COMPELLE INTRARE Luc. XIV. 23.* siue alia sexcenta scripturae dicta, quibus causam tuam legitimare putas, frustra est. Sinistram enim tuam mentique diuinæ plane contrariam interpretationem indicat vel hoc vnicum argumentum, quod Deus non possit media concedere ad obtinendum finem, non dicam difficilem, sed plane impossibilem. Nec voluit talia conuertendi media, cui facile

cile admodum, regere animos hominum, si ita ipsum fuerit, ut non possint non veritatem agnoscere, quem admodum conuertit, v. g. furem Saulum multosque alios.

Augustini
sententia pro
affirmat:

rectius ab al-
liis refutata,

§. VII. Equidem non nego magni nominis Theologos in ea fuisse sententia, religionem recte cogi posse. Inter hos eminet imprimis inter Patres D. AVGVSTINVS in *pec. Ep. ad Bonifac. & Vincent.* quamvis antea hoc ipsum improbauerat. Huius argumentis moueri se passus dicitur Magnus Gallorum LYDOVICVS, quare superiori seculo contra fidem etiam a se, patre, ac auo iuratum in grauem illam Hugenottarum persecutionem rueret, teste CLERICO in *ep. crit. p. 333.* Rectius tamen senserunt alii Christiani veteres, eiusmodi persecutiones religioni quam maxime aduersari, existimantes, qua de re egregie THVAN. in *ep. nuncup. ad HENRIC. IV. praemissa libr. hist.* Certe, inquit, *si verum amamus in sacrae antiquitatis vetustis omnibus monumentis, nullum supplicii de sectariis summi approbati exemplum extare fateamur necesse est, ecclesiamque priscam a fundendo cruore semper abhorruisse. Quod si quando accidit, id pii vere Episcopi detestati sunt, ut in Priscillianis apparet.* conf. quae aduersus AVGVSTINVM aliosque locor. S. Scr. huc spectantium detorsiones eleganter differit acutissimus BAEIVS dans son *commentaire Philosophique sur ces paroles de Iesus Christ, contrains les d'entrer.* Add. van DISSINGAV in *der information von der autonomia*, vbi, qualis status fuerit autonomiae seu libertatis religionis a mundo condito ad sua tempora, multa eruditione ostendit. Praeclara quoque sunt, lectuque dignissima, quae circa hoc argumentum disseruit summe Reu. AD. RECHENBERG. Vir profundissimae eruditionis, accuratissimique iudicii, Patronus meus aeternum deuenandus, in duabus diss. altera, *an cuius regio, eius quoque sit religio*, quae maxime contra TH, HOBBIVM atque HADRIAN.

DRIAN. HOVTVYNUM est directa; altera, *de relig. armis defensa*, vt adeo nil certius esse existimem, quam, vt, si quid circa religionem efficiendum, id hortando ac suadendo ex verbo diuino fiat, non vi ac armis, prudenter monente, totius Germaniæ olim Præceptore, PH. MELANCHTHONE in *expos. Euang. Domin. P. 3. p. 100. seqq.* Et placet omnino illud CASSIODORI, *Deus*, inquit, *diuersas patitur religiones, cur non auderemus vnã imponere?* Ea enim est verbi diuini conditio, vt nullis violentiæ catenis se patiatur constringi, sed, quo magis opprimitur, eo magis renitatur; qua de re omnia Europæ regna funestissima præbent exempla. conf. SYRING. *de P. R. c. 7. p. 72. sqq. 74. c. 15. p. 160. sqq.* Sicutiam LVTHERVS *Nihil*, inquit, *absurdius est, quam fidem in anima, quæ spiritus est, cogere velle, cum assensus, qui fidei pars est, sit actus a voluntate elicitus. T. 2. ten. fol. 180. f. 129. sq. T. 4. f. 108. conf. & eius Tr. von Weltl. Obrißheit 1523. editus.* & GERHARD, aliosque ad locum de Magist. polit. Legi huc quoque meretur elegans consilium ab anonymo. id est B. Dr. SPENERO editum sub *tit. abdruck eines Bedencken, so über die Fragen &c. 1633. §. 12. 14. sq. 22. sq. & 26.* LVD. DE MONTESPERATO in *vindic. pac. osnabr. §. 7.* CONRING. *de pace ciu. Protestant. landa in præf. PAVLVS VOLADIMIRVS in T. 3. concil. constant. ab HERM. von der Harde. edito p. 10. seqq.* Eruditissimus Cancellarius Tubingensis Dn. C. M. PFAFFIVS Patronus meus singulari amoris cultu prosequendus, in *diss. 1. de præiudic. Theol. Hagæ com. edita §. 26. recusa in primit. Tubing. 1719. 4.* SAM. WERENFELS. in epistola *de iure in conscientias ab homine non usurpando.* His addatur ex exteris, qui solide hoc argumentum tractarunt, GERHARD. NOODT ICÆus quondam celeberrimus in *elegantissima orat. de religione ab imperio iure gentium libera*, quam propter res maxime in ea singulares in gallicam transtulit linguam IO. BARRACVS sub *tit. diss. sur la liberté de conscience.* Spectant huc

quoque ELIAE SAVRINI reflexions sur les droits de la conscience, & qui non minorem laudem meretur IO BASNAGE traité de la conscience. Denique non praetereundus hic est, quem primum laudare debebam, DN. PRAESES, qui pariter hoc argumentum, pro more suo, multa tractavit eruditione in singulari disti. de iure circa libertatem conscientiae praemissa iuri ecclesiastico. itemque Ill, DN. THOMASIVS disp. an haeresis sit crimen. § imprimis 10. segg.

Ius spem metumque excitandi competit. i. Superiori qui est vel Princeps.

Id limitatur.

§. VIII. Cum itaque in iure sese fundare debeat spem aut metum repraesentaturus, nunc quoque considerandae erunt personae, quibus hoc competat. Occurrit hic (1) superior, id est is, cui actiones nostras ad utilitatem publicam dirigendas submisimus; quo ipso iustas exigimus causas, cur, ut eas non amplius ex voluntatis nostrae libertate, sed ipsius potius arbitrio instituamus, postulare queat. Vnde sua sponte fluit, ius ipsi datum, renitentibus metum repraesentandi, vbi spe parum profecerit. Limitantur tamen dicta: (1) si contra bonos mores quid, aut talia, quae contra expressam supremi Numinis voluntatem sunt, iusserit. Tunc enim iuxta effatum HORAT.

l. 3. od. 3.

*Iustum & tenacem propositi virum
Non civium ardor, prava iubentium,
Non vultus instantis tyranni mense
quasere solida debet.*

Recte eiusmodi Principi cum Apostolo occinere licet; Deo magis obtemperandum quam hominibus, potiusque furori eius cervicem praebendam, quam latum vnguem a Dei recedere iussis. Bene hinc BASILIVS in mor sum. 79. T. 3. p. 509. Potestatibus praecminentibus subici oportet, in quibus mandatum Dei non impiedierit. & eleganter SOCRATES ap. Platon. in apol. Vos, inquit, o viri Athenienses, complector, quidem & amo; At Deo potius, quam vobis ob-

obtemperabo. Quidni itaque laudandus heroicus Danielis animus, qui se potius Leonibus obiici passus est, quam, ut mandato Darii de non petendo aliquid intra 30. dies morem gereret? Et quis carperet obstetrices Aegyptiacas quod mandatum de interficiendis infontibus puellis insuper haberent? Secunda limitatio est, quando mandata Principis supra vires sint eius, cui actio imperatur, aut nullam plane afferant vtilitatem. *Vti enim primum absurdum foret & crudele, ita naturalem voluntatis libertatem constringere, si nulla in quemquam vtilitas inde proueniat, superuacuum est.* PVFEND. de O. H. & C. l. i. c. 2. §. 8. Imo contra pactum, ab initio cum ipso initum, quod erat, ut salutem publicam promoueret, non vero tyrannum ageret. Tertia est, si ciues metu adhibito ad eiusmodi quid adigere tentat, ubi iuri suo semel renunciauerit. In his quippe potestatem imperandi sibi ipsi ademit, adeoque contra datam agit fidem.

§. IX. Idem ius adhibendi *spei* aut *metus* inferendi vel Parentis. porro tribuendum videtur *Parentibus*, quatenus scilicet potestas quaedam liberorum actiones dirigendi ipsis ex statu naturali in ciuitatibus est relicta. Id quod fuit ex natura imperii, quod hoc sine potestate inefficax ac plane foret inutile. Vti autem primaria huius imperii causa est imperfectio iudicii liberorum, propter quam se ipsos regere, sibi que prospicere nesciunt; (aequum enim est, ut, qui se regere non potest, regatur aliunde GROTI. l. 2. c. 5. §. 2. n. 1.) Ita cessante hac, illi quoque, caeteris paribus, si velint, sui iuris esse possunt, nec cogendi amplius sunt, ut sub hoc imperio mancant, quamuis reuerentiam ac pietate in Parentes nullo tempore negligere debeant, vtpote fundatam in meritis Parentum, quibus paria facere liberi nunquam aut rarissime creduntur. PVFEND. op. min. l. 2. c. 3. §. 9. & op. mai. l. 6. c. 2. §. 10. Pariter in Dominis vel Dominus.

ratione famulorum umbra quaedam huius iuris deprehenditur, quatenus illi limites praescriptos non transgrediuntur.

II. Aequali
aut inferiori.

(1)

Obiectio.

Rsp.

§. X. Et tantum de *superiori* aut eiusmodi personis, quibus hoc ius ex *imperio* quodammodo competit. Nunc quoque dispicere lubet, in quantum *spem* aut *metum* repraesentare liceat *aequali* aut *inferiori*; vbi duo ponendi videntur casus: (1) scil. quoties illud nostra utilitas vera, ab ipso promouenda, exigat, aut (2.) ius ipsi quoddam vel *pa-*
cto quodam antecedente, vel ex *LL. humanitatis vniuersa-*
libus quaesitum hoc permittat. Quae de *superiori* in praecedentibus dixi, nemo facile in dubium vocabit. De *ae-*
quali autem vel *inferiori*, quoad primum casum obiectere quis posset notissimam illam regulam, quod *beneficium ne-*
mini inuito obrudatur. *L. fin. C. vnd. legit. l. 3. §. 3. de B. P. l. 69. §. 6. de R. I. l. 19. §. 2. de donat. l. 24. de adopt. l. 5. C. de emanc. Nou. 89. c. 11. PAUL. rec. sent. lib. 2. tit. 25. §. 5. conf. TIRAQ. de Nobil. c. 6 BARBOS, loc. comm. lib. 2. c. 7. ax. 18. ibique citat, quam plurimi. Verum & hanc non vniam ad-*
mitti exceptionem manifestum est. Sic v. g. si aegrotum
medicamina, sine quibus ipsi necessario pereundum est,
respuentem, medicus adhibita vi ac metu ad illa sumenda
cogat, sicque a morte ipsum liberet; num ita is aegro-
tantis ius laesisse dicendus est? Nequaquam. Idem dicen-
dum existimo de eo, qui furioso gladium, quo vitam sibi
adimere tentabat, eripit, etiam adhibita vi. Multa nam-
que bona praestantur inuitis, quando eorum consultitur ori-
litati, non voluntati, quia sibi ipsis inueniuntur mimici. con-
u. d. 45. Exempla ex iure ciuili, quibus inuito acquiri-
tur beneficium, prostant quam plurima. Nam & natura-
lis & ciuilis ratio suadet, alienam conditionem etiam in-
uiti meliorem facere, non deteriorem. l. 62. de V. O. §. 3.
per quas pers. l. 33. de A. R. D. l. 15. §. 2. C. de test. manum l. 53.
l. 91.

l. 91. de solut. Eleganter LEO Non. 102. Duplex, inquit, beneficium accipit, qui cogitur beneficium accipere.

§. XI. Ad alterum casum quod est, quando scilicet, quali ius quoddam vel pacto antecedente vel ex LL. humanitatis vniuersalibus debeat, in vtroque statu tam libertatis quam ciuitatis spe experiri licet; in illo quoque metu, Quamuis primum spe potius tentandum esse ius su-

(1)
in statu quidem Nat.

um videtur tanquam remedio leniori, quia non solum recte monente TERENT. in Eunuch. act. 4. sc. 8. v. 19. & LIBANIO in decl. 1. omnia prius ratione ac verbis, quam armis experiri sapientem decet, sed & status ciuitatis eiusque tranquillitas spe excitata non turbatur. Quod si autem hoc modo parum profeceris, recte ad alterum progredi licet, metus scilicet incussionem.

Nam qui pacto se tibi obstringit ad aliquid dandum vel praestandum, eo ipso ius tibi quoque concedit, si datam fefellerit fidem, quouis modo ad illam seruandam se cogendi. Quis enim alias pacisceretur, si ad seruanda promissa coactio non esset licita? Iam vero, ubi legitimus deficit superior, quid magis naturale, quid aequitati conuenientius, quam vt proprius iniuriae ac doloris sis vindex? Secus res se habet in statu ciuili.

non vero in ciuili.

Ibi metus incussionem duplici modo fieri experientia docet. (1) Si nullo plane munitus iure vi aliquid vel metu iniecto ab altero extorquetur, qui modus vocatur *concessio*. (2) quando vel rem meam vel alienam, apud alterum existentem, inuado propria autoritate: vterque modus est prohibitus. Nam cum ibi ista cesset ratio, magistratusque legitimus defectum prioris status refarciat, recte is prohibuit, vt quis in propria causa sit iudex L. vn. C. ne quis in propr. ibique GOTHOF. Et tale quid tentantem LL. ciuiles grauiter coercent. Sic qui v. g. propriam rem apud alium existentem vel pecuniam sibi debitam ante aduentum iudicialis arbitrii violenter aufert, non solum eam restituere iubetur, sed & dominio eius cadit; sin res aliena

est, etiam post restitutionem eius aestimationem praestare tenetur. *L. 6. 7. C. unde vi* ibique SICHARD. l. 12. 13. *π. Quod met. caus. ibique* BRUNN. §. 1. *inst. de Vi B. R. §. 6. de interd. L. 7. de vi priu. ibique* PEREZ. LAUTERR. *tit. quod met. §. 20.* Nam ad quid essent iudicia, si propria autoritate tua arripere impune liceret? l. 16. *C. de iudaeis* adest magistratus, ut bellorum tumultuumque in statu nat. frequentissimorum finis sit, quo, causa legitime cognita, sine armorum strepitu, quae tibi debentur, consequaris. *L. 176. de R. I.* Utinam vero dicta poena hodiernum ubique vigeret, rariores sane existerent eiusmodi inuasores. At loco eius arbitriam in multis locis introductam deprehendimus, ita, ut ius crediti maneat saluum CARPZ. *conf. 35. P. IV. def. 12.* ubi imprimis in SAXONIA contra GOEDDEVN id defendit. VBIQUE enim, imo in toto orbe christiano eam antiquatam esse, probent, qui id asserunt, inter quos sunt adducti apud CARPZ. l. c. *def. II. item P. 3. dec. 269.* item FINCKELTHAVS. *obs. 24. conf. & PEREZ. in C. ad L. iul. de vi n. 21.* BICCIUS *in reb. quot. p. 587.* Nam si hoc concederem de Gallia, Hispania, Belgio, de quibus id testantur PET. DE GREVE *ex. 5. §. 6.* IMBERT. *in Enchir. iur. Gall. verb. poen. pec. explos. COVARR. l. 3. var. ref. c. 16. n. 7.* CHRISTIN. *V. 7. dec. 15. n. 10.* GROENWEGEN *ad d. l. 13.* quomodo illud de tota Germania nostra, ne dicam de toto orbe probari poterit? sic namque non solum expressae constitutiones (*vid. ord. cam. de A. 1521. rubr. wie es in irrung. §. und ob sich, add. R. I. d. A. 1537. §. item als sich. 15.*) illam iuris civ. dispositionem confirmant, sed & tot extant praeiudicia, ubi iuxta eam fuit iudicatum. Sic v. g. in summo tribunali patrio ita iudicatum refert MEV. *P. I. dec. 95.* Alia praeiudicia adducit BRUNNEM. *ad d. l. 13. n. 5.* vbi simul n. 7. in foro conscientiae id aequissimum esse defendit, & *cent. I. dec. 32. cent. 2. dec. 78.* add. HARPPR. ad

An poena
harum LL.
hodiernum
in usu?

In nonnullis
locis sed non
ubique ab-
rogata.

Id quod pro-
batur.

ad tit. I. de V. B. R. §. 1. n. 4. itemque SCHVLZ. lit. B. STRYK. in u. m. tit. quod met. §. 9. MENOCH. remed. 5. recup. poss. Nec quin aliter sentiam, mouere me valent praeiudicia in contrarium adducta apud FINCKELTH. & BICCIVM ll. cc. Ea enim nil aliud probant, quam quod haec poena in quibusdam tantummodo Germaniae prouinciis sit in arbitriam mutata, non quod per totum imperium sit abrogata. Proinde firmiter concludendum esse arbitror, quod, ubi contrarium non exstat statutum, aut contraria consuetudo, ibi actori petenti iuxta legum, aut contraria dispositionem sit pronuncianum, iuxta regulam, quod abrogatum non est, cur stare prohibeatur? imo LL. semper praeiudicantur vigere, nisi de consuetudine contraria manifesto constet, uti de Saxonia testem adduxi CARPZ. d. const. 35. add. dec. 269. n. 29. ibique laudati conf. & COLER dec. 125. P. I. & de process. execut. in praef. n. 14. Quid vero sentiendum sit de instrumento quarentigato, hoc est, in quo a debitore data est facultas propria autoritate ius suum persequendi? & hic poena d. l. 13. ideo recte locum habere defendit MEVIVS P. IV. dec. 214. contra quem contrarium asserit BRVNN. n. 9. sqq. praeiudicisque confirmat. add. SOCIN. reg. 34.

§. XII. Sed, ut in gyrum redeam, ex haecenus dictis facile constare puto, quisnam sit *metus iniustus*, eumque ad has potissimum sex species commode referri posse: 1) qui ad prauam eliciendam actionem a quocunque & in quocunque statu, infertur iuxta §. 5. aut 2) ad bonum quidem actionem, sed ab eo, qui ius ad id non habet, infertur, iuxta §. 6. 3) qui ad indifferentem actionem, contra promissum, a superiori infertur conf. §. 8. 4) qui ab aequali, ad alterius utilitatem promouendam, citra summam necessitatem, & ubi mitiora superant media bono quamuis animo intenditur vid. §. 10. 5) qui ab aequali in statu civili ad ius quoddam acquirendum iniicitur §. 11. 6) qui

Quinam
itaque me-
tus iniustus.

qui ab aequali in statu ciuili ad ius quoddam defendendum, ubi magistratus auxilium suppetat, tentatur §. 11. Singulae hae species singula quoque delicta arguunt sub generali nomine *vis iniustae* comprehensa. Qui enim impingit contra *primam* causa existit primaria peccati exinde resultantis, ideoque etiam malis inde patiendis erit subiectus. Contra *secundam* lapsus recte arrogantiae & affectantis iuris non competentis accusatur, vitia certe, quibus nihil socialitati exitiosius, saluti propriae periculosius unquam esse potest. Circa *tertiam* qui offendit, perfidiam committit; circa *quartam* vero, peruicaciter ac *πυλοπραγμασυνως* egisse dicendus, cuius posterioris vitii multos sera demum subiit poenitentia: circa *quintam* delinquens *concessionis* reum se facit, ac denique contra *sextam* qui peccat praecipitantiac merito poenas dare tenetur.

Oy. num pacta metu extorta seruanda, vel rectius exceptioe metus iniusti elidantur? Negatur il. lorum obligatio.

§. XIII. His praemissis accedendum erit ad examinandam quaestionem: *num pacta vi metus iniusto extorta sint seruanda, vel num illa rectius exceptione metus iniusti elidantur?* Equidem statuendum puto, pacta eiusmodi dicta exceptione omnino elidi. Ratio in promptu est, quia scil. nulla obligatio constitui potest, nisi ab eo, qui *ius habet* ex eo sibi acquirendi; iam vero in latrone aut alio perditissimo homine, qui ad promittendum per vim me cogit, illud ius deficere ex illa lege naturali palam est, quae praecipit, *neminem laedere*. conf. III. DN. THOMAS. I. I. D. 2. 2. c. 7. §. 64. seqq. it. *Fund. I. N. & G. c. 7. §. 37.* vbi simul §. 38. addit, posse etiam dici compensari hic duas imputationes: Promittenti *ex metu* imputari *promissionem*; metum incutienti *incussionem*; vbi vero mutua compensatio, ibi vna imputatio alteram tollit, quamuis priorem rationem pleniorum ac magis perspicuam ipse agnoscat. Sic itaque regula ista, *fidem datam serua*, hic omnino admittit exceptionem. Etenim quid fieret, si eiusmodi iniustus ex-

extorsionibus obligandi efficaciam tribueremus? Nonne sic praedonibus Resp. impleretur, boni autem ciues extermi- narentur? Et quomodo magis adiuuaretur improbo- rum iniquitas quam hac ratione? Hinc recte CICERO l. 3. off. Si praedonibus, inquit, pactum pro capite pretium non au- tuleris, nulla fraus est. Equidem PVFENDORF. l. 3. c. 6. §. 10. sqq. pactorum eiusmodi efficaciam negat, sed ita, vt ob- ligationem in promittente natam iure compensationis elidi putet. Verum, quid opus hac fictione? vbi enim nulla nasci potest obligatio, ibi nec compensatio eius locum habere potest. Longe alia philosophia circa hanc quae- sitionem placuit GROTTIO l. 2. c. XI. §. 7. virtutem obligan- di eiusmodi pactis inesse asserenti. Videamus eius ratio- nes: Dicit nimirum, adesse in eiusmodi promittente con- sensum merum atque absolutum, ex quo necessario fluere obligationem putat, conf. ZIEGLER. ibid. Verum licet hic purus adsit consensus, libertas tamen, necessarium in pactis requisitum & veritas hic deficit, adeo vt si metu ad illum promissor non fuisset coactus, nunquam fuisset consensu- rus. Nihil enim consensui, vt dicit VLIPIAN. l. 116. de R. l., ita con- trarium est quam vis ac metus & recte CIC. l. 1. de off. Illis pro- missis standum non esse, quis non videt, quae coactus quis metu, quae dolo deceptus promiserit. Imprimis autem in mari- monio haec libertas necessaria, adeo, vt ne quidem poena conventionalis, ne liceret diuertere, esset permitta; late Dr. PRAESES in diss. de matrim. coacto c. 1. §. 23. Dicis, sed coacta voluntas etiam est voluntas, quia ex duobus malis minimum eligitur idque sub specie boni. l. 3. l. 9. quod met. caus. Respondeo, hoc in delictis quidem procedit, eo quod turpe factum mali perpeffioni delinquens prae- ferre amaui; hoc vero in casu minime. Adde, quae be- ne observat PVFEND. l. 3. c. 6. §. 10., non sufficere, vt in pro- mittente adsint principia ad obligationem producendam apta; sed a promissario quoque abesse debere vitia, quae

Pufendorffii
sententia
paulisper
corrigitur.

Grotii sen-
tentia vim
obligandi
pactis eius-
modi tribu-
ens.

refutatur.

iuris in illo acquisitionem intercipient. Cum vero deficiat in latrone *ius acquirendi*, ita & obligatio est inanis. Quae enim lex alteri merum incutere vetat, eadem quoque ex isto metu ius acquirere lucrumque accipere prohibet. conf. Celeb. Dn. IO. EBERH. RÖESLER Prof. Phil. Tubingensis, Praeceptor quondam meus summopere colendus in *diss. de natura pactorum p. 13.* Vnde facile colligitur, pariter nec hic opus esse fictione obligationis ad liberandum, quam in promissario requirit GROTIUS. Quid enim opus his ambagibus, si meo arbitrio liberari possum, & obligationem nullam in me deprehendo, imprimis cum ex ipsa GROTII confessione *l. 3 c. 23. §. 2.* promissor, si promissarius nolit, liberationem sibi ipsi praestare possit. Hanc GROTII sententiam defendere prolixè conatur eius commentator GVIL. VANDER MÜELEN, instituta in aliis comparatione inter latronem ac meretricem, quam iniuste quidem corpore quaestum facere, non tamen libidinis causa promissum iniuste accipere, vel datum retinere dicit. Verum, praeter quae ad illam regerit Ill. Dn. GVNDLING. *cit. diss. de efficient. metus &c. c. 2. §. 6.* existimarem, eam id eo quoque absouam dicendam esse, quod insignis hic adfit ratio diuersitatis. Alia enim est exactio quaestus meretricii, alia latronis. Nam si meretricis exactio probanda, (quam tamen non probo, eo quod turpitudinem, quae est in prima meretricis professione, durare puto in singulis actibus cum HVBERO ad *π. de cond. ob turp. vel inj. caus.*) illa ideo magis videretur posse excusari, quia promissor nullam plane hic patitur coactionem, sed ipsius arbitrio relictum manet, an velit dare aut promittere, an subtrata libidine carere; secus ac fit a latrone, qui remedia adhibet consensum extorquendi quam aptissima.

eiusque
fator Guil.
van der Mue-
len

Vffelmanni
sententia af-
firmat. ex al-
liis argu-
mentis.

§. XIV. Porro quaestionis nostrae affirmatiuam defendere allaborat VFFELMANNVS Iuliae quondam Acad. Professor, in *tr. de iure quo homo homini obligatur.* Dicit nimis-

nimirum, metu pressum, dum vere consentit, ius quoque acceptandi concedere prementi; alias enim actus in vanum recideret, quod voluisse contrahentes nequaquam ipsi videretur verosimile; hinc exceptioni metus iniusti renunciatum fuisse a promissore existimat. Iisdem fere argu-

mentis vitur ZENTGRAF in *summa iur. diu. sect. 2. sub-^{itemque} Zentgrafii & sect. 1. §. 12.* & RACHEL de *princip. act. human. disp. 1. §. 27.* Rachelii. refellitur.

Sed quamvis huic assertioni itidem satisfactum iam sit ab Ill. Dn. GUNDLING. l. 6. §. 7. (add. Ill. Dn. THOMASIVS I. I. D. l. 2. c. 7. §. 64. WERLHOF. de *pact. lib. gent. §. 21.*) hoc tamen responsionis loco addere adhuc lubet, scil. negando,

verosimile videri contrahentes noluisse, ut actus vani essent. Hoc namque de *promissorio* tantum, non vero de *promittente* coniciere licet; si enim huic libere agere permissum fuisset, nunquam consensum edidisset in rem, ubi tam iniquo modo alii commodum addicere cogitur, ideoque, si exceptione exactionem istam elidere se posse scit, nunquam illi renunciare voluisse credendus est.

Ad BRUCKNERI Prof. Ienenis argumenta in *diff. de de Bruckneri sententia re- promissione per vim extorta*, quibus idem validitatem eiusmodi promissionis statuminare conatur, prolixè iam responsum est a modo laudato WERLHOFIO §. 23. quo lectorem remitto. HOBBSII circa talia pacta sententia breuiter subiungenda ad huc erit. Dicit ille *de iur. c. 2. §. 16.*

si eiusmodi pacta inualida censerì debeant, non tamen eo nomine esse inualida, quod a metu processerint, propterea quod inde sequeretur, pacta ea, quibus in vitam civilem homines congregantur & LL. condunt, esse inualida. (procedit enim a metu mutuae caedis, quod alter alterius regimini se sub-

mittat) Sed longe diuersissimum huius & illius metus esse naturam quis non intelligit? is namque, de quo HOBBS, 1) non est terrenus nec cominus infertur, sed est cautio ad declinanda mala, quae naturalem statum comitantur.

2) Non tam infertur ab ipsis in ciuitatem coeuntibus, quam

quam a communi quodam, quem verentur, hoste. 3) Si esset inter ipsos paciscentes, esset tamen *mutuus*, adeo ut neutra pars de iniuria conqueri possit conf. PVFEND. l. c. §. 13. add. *Dn. ROESLFR l. c. §. 14. in fin.*

Quodsi iuramentum promissioni accesserit, num seruandum? Affirmatur sed non ex sententia Grotii. Verum ideo ne nomen Dei in vanum ducatur.

Resp. ad dissentientes.

§. XV. Quid vero sentiendum, si promissioni violentue extortae accesserit iuramentum? num illa tum seruanda? id quod affirmandum puto cum GROTIUS l. 2. c. 13. §. 14. item c. 14. §. 3. lib. 3. c. 19. §. 5. & c. 23. §. 2. neutiquam vero ex fundamento GROTII, ac si Deo ita quid promittatur; sic namque *iuramentum* inter & *uotum* nulla foret differentia; sed ideo potius, ne nomen Dei in vanum ducatur. Et haec sane ratio imprimis IOSEPHO mouit, cur Gibeonitis iuratum seruandam duxerit fidem. Tanta enim nobis semper diuini numinis debet esse reuerentia, ut illud nunquam in vanum ducendum existimemus, nedum propter conseruationem boni alicuius temporalis. Non enim sine causa praeecepto seruando decalogi Deum adiunxisse clausulam poenalem credendum est, vid. qui ex disciplina Hebrae. illud praeeceptum egregie explicat HOTTINGER *iur. Hebr. l. 32. p. 43. sq.* Parum autem videtur habere in Deum reuerentiae, qui iuratum fallere fidem non dubitat. Quid enim ille aliud prodit, quam pecuniam sibi Deo esse cariorem, qui tamen facile huius amissionem resarcire potest. Equidem non diffiteor speciosa esse, quae a dissentientibus in contrarium asserri solent argumenta, sed non tanti, quin in suam me attrahant sententiam. Nam lubens ius largior, promissarium ex *coactio iuramento* non maius ius consequi. Sed hic maxime agitur id, ne nomen Dei in vanum ducatur. Licet autem dicas, sanctissimum numen non praesumi eiusmodi inuocationem in fauorem nebulonis Athei, omne socialitatis vinculum rumpentis, acceptare; Resp. tamen donec illud in praesumptione subsistit, nec certo demonstrari potest, tutius videri, pecuniae

cuniae pati iacturam, quam iuram violare fidem. Aut ergo non iurandum est, aut iuramentum religiose est seruandum vid. late HOCHSTETTER in coll. Pufend. ex 7. §. 29. not. (a) add. OMEIS diss. de iuram. in genere & in specie de iuramento Acad. §. 8. p. 20. sq. Si porro iustas, hac ratione latrocinia & rapinas stabiliri, si latronibus soluere non dubites, quod vi extorserunt; respondeo, id fieri per accidens. Qui enim ita iurauit, nec iuuat latrones, nec ipsorum factum probat, sed vitam suam redimit, soluendo, quod iurato promisit. Interea latronibus obicem ponere ac damnum publ. praecauere potest, si factum Magistratui reuelet. Breuiter: Esto, meam sententiam non adeo esse certam, sed oppositam aequae probabilem, attamen iam pridem a sapientibus monitum futuri, tutiorem partem esse eligendam, cum integrum non sit homini, nimis secure aut negligenter agere & periculo peccandi se exponere conf. OMEIS l. c. GRASWINCKEL Grot. l. c. §. 15. THVM de iuram. p. 98. & 116. add. late GROSS. in D. de obligat. iuram. sub Praesid. Dns. ROESLERI Tub habita §. 7. j. §. II. WERLHOF l. c. §. 22. sq. ubi contra BRVCKNERVM disputat.

CAPVT II.

DE

EXCEPTIONE METVS INIVSTI EX IVRE CIVILI.

§. I.

Postquam in praec. cap. §. 14. vidimus, pacta metu Transitus ad
extorta exceptione metus iniusti elidi posse, iam ad hoc caput.

C 3

ipfam

ipsam naturam huius exceptionis deueniendum nobis erit. Designaturus autem differentias eius in statu *naturali* & *civili*, primo loco considerare luber, quando & quatenus illi in ciuitatibus locus sit? Quod, vt ordine fiat, in hoc capite dispecturi sumus, quaenam sit doctrina iuris Romani circa illam; in sequenti vero, quomodo cum ea conueniant & disconueniant iura Pontificum.

Origo exceptionis nostrae ex Iure Nat.

§. II. Ad originem exceptionis nostrae quod attinet, illa ex ipsa ratione, adeoque ipso iure naturae repetenda venit; omnis quippe pacti formale, indeque nascenda obligatio ad aliquid dandum aut faciendum, quod antea non debebamus, aut omittendum, quod antea iure poteramus facere, consistit in *consensu*, qui, cum perfectus, & ad producendam obligationem aptus dici debeat, necesse est, vt sit *vltroneus*, *verus* ac *mutuus*. *Ultroneus* esse debet, eo quod, cum cuiusuis promissi & pacti impletio cum onere sit coniuncta, nulla propior videatur ratio, quare super eo deinceps sustinendo recte conqueri nequeamus, quam quia *ultra* in id consensimus, quod euitare penes nos erat. PVFEND. *de O. H. & C. l. 1. c. 9. §. 8. & op. maj. lib. 3. c. 6. §. 1.* *Mutuus* debet esse, id est, tam a *promittente* quam *promissario* editus. Huius enim consensu deficiente, nil prorsus actum videtur. ID. *ibid.* §. 15. Denique & *verus* sit necesse est, id est, signis ad exprimendum consensum idoneis declaratus, qualia sunt verba, literae, nutus aliique gestus. PVFEND. *op. maj. l. cit. §. fin.* GROTI. *l. 3. c. 24. §. 1. & l. 2. c. 4. §. 3. §. 9.* Quotusquisque autem non videt, praecipuum ex his deficere requisitum, quoties circa consensum ab altero eliciendum adhibeatur vis aut metus, quo consensui, iuxta VLPIANVM *l. 116. de R. I.* nil contrarius est? vt adeo rationi naturali nil magis congruum videatur, quam vt exceptione vis metusue iniusti promissor eiusmodi tutus praestetur.

§. III.

§. III. Haec naturalis ratio mouit omnino LLarores Romanos, vt consensum vi metuue extortum neutiquam ferendum existimarent, sed exceptioni huic locum in foris etiam concederent, quam ideo multis quoque donarunt legibus vid. *tot. tit. ff. quod met. causa itemque tit. de doli mali vel metus exceptione C. de his, qui per met. iud. appell.* Primum autem exceptionem *quod metus causa* introduxisse fertur Praetor L. OCTAVIUS sequenti edicto: QVOD VI METVSVE CAUSA GESTVM, RATVM NON HABEBO; quam vocem Praetoris vocem Dei appellat BALDVS *rubric. de controuers. inuestiturae*. Floruit is aetate CICERONIS, annoque V. C. 678. cum AVRELIO COTTA confulari eminuit dignitate, qua dere testimonium luculentum praebet locus apud *cic. Orat. III. in Verrem. cap. 6. edit. Gronou.* vbi hanc formulam diserte OCTAVIANAM appellat. Hoc bene obseruauit MANVTIVS *in notis ad CICER. officia l. l. cap. XI.* eundemque L. Octauium autorem huius formulae indicant HOTTOMAN. THOMAS FREIGIVS, CUIACIVS, quos denique plures secuti, inter quos maxime notandus ANTON. PEREZ. *ad C. b.* quae sententia verisimilior videtur, quam NOOTII, ICI apud Batauos, longe celeberrimi, qui *de form. e-mend. doli mali c. 16.* formulae huius originem CASSIO Praetori tribuit, occasione *l. 4. ff. §. 33. de doli mali met. except.* Tantum enim adest, vt id ex hoc textu erui possit, vt potius contrarium ibi diserte legatur. Verba clara sunt: *Metus causa exceptionem Cassius non proposuerat, contentus doli exceptione, quae generalis est.* Add. Ill. Dn. GVDLING. *de efficientia metus in promiss. liber. Gentium &c. c. 3. §. 4. not. 1.* Vix tamen ac ne vix quidem a me impetrare possum, vt credam, Romanos ante Praetores contra metum nil proposuisse praesidii civilis. Quis enim crederet illos, qui alias tam egregijs Remp. suam or-

Vnde in iura
civilia deflu-
xit.

Edicti prae-
torii origo.

narant

narant legicus, circa pacta metu extorta per 600, & quod excurrit, annos nil plane statuisse?

Transitus
ad ipsam tra-
ctationem
eius.

§. IV. Quod autem fusius exceptionis huius explicati-
oni inhaeream, superuacaneum duco, cum hunc labo-
rem iam anticipatum deprehendo a Dd, non solum in
Commentariis ad hos titulos, sed & in peculiaribus scrip-
tis. Quare ne actum agere videar, seposita omni inani
prolixitate, pauca saltem, eaque, quae instituto meo ma-
xime congrua videbuntur, delibare animus fert.

Quid metus?

§. V. Initium facio a definitione metus, qui ab *VLPIANO* *l. 1. h.* dicitur *trepidatio mentis instantis vel futuri periculi causa*. Sic & *PAVLVS* *l. 2. eod. vim* definit per *maioris rei impetum, qui repelli non potest*. Haec duo coniungebantur a praetore in edicto supra allato, eo quod *vis* pariter ac *metus* propter necessitatem impositam voluntati contraria sint, ideoque ex utroque actiones denegandae viderentur; in *d. l. 1.* vero detracta est *vis* mentio, quia quodcumque *vi* atroci fit (atrocem enim vim hic intelligi, eamque quae adversus bonos mores, denotat idem *VLPIAN. l. 3. h.*) id *metu* quoque fieri videatur *l. 1. in fine*. Ut adeo metus ac *vis* hic tanquam relata considerentur.

Requiritur
ut metus sit
iniustus
ratione eum
inferentis.

§. VI. Dicitur autem metus est vel iustus vel iniustus. *Iniustus* audit ratione eius, qui illum infert, nullo iure ad id munitus. Hinc patet, illud nomen neutiquam mereri, qui infertur a magistratu propter ius licitum ac honorem, quem sustinet *l. 3. §. 1. l. fin. h. add. Ill. DN. THOMASIVS de vi compulsiva c. 6. §. 14.* & ita *Fac. Witt.* respondisse *H. 17II. M. Ian. testatur BERGER in acon. iur. l. 3. tit. 15 §. 9 not. 1.* hincque frustra contra eum ad hoc edictum prouocatur, si is exequitur decreta sua: *BRUNN. ad l. 3. §. 1. h.* bene vero, si sine ordine iudiciario, seu extra iudicium, vim inferat. *id. ibid.* Neque eo defenditur, qui incarceratus propter non solum debitum aut poenae loco aliquid promittit.

tit. CHRISTINAEVUS *Vol. V. Dec. Belg. 124. n. 9. sq.* STRVV. Exercit. 8. §. 13. aut qui per iudicialia decreta, quibus interminata erat executio, solutionem promisit, MEVIUS *P. V. Dec. 224. & P. II. Dec. 41. & sq.* licet in ipsa promissione dixerit promittens, se hoc non sponte sed coacte facere. BRVNEM. *ad l. 9. h.* Qui enim de iniuria conqueri potest metum passus, cum iure permittente fuerit compulsus? BARBOS. *L. XI. Ax. c. 33. n. 8.* sibi que imputet, qui metu se urgeri voluit ad id faciendum, quod ultro facere debebat. PVFFEND. *in op. mai. L. 3. c. 7. §. II.* ubi id exemplo illustrat. Sic quoque metus allegari non potest, si belli tempore tribunus collectam prouinciae, vel uniuersitati cuidam impostam, sed exigi impeditam, pacis tempore postulat, dummodo iussu superioris pro conseruanda legione hoc fecerit, & ius habuerit tribunus, vid. MEV. *P. II. Dec. 224.* ac in simul probauerit, se legionem interea de suo aluisse; alias enim suam tantum portionem exigere ipsi licet, quemadmodum a *Facultate Prf. 1658.* responsum testatur BRVNN. *ad L. I. n. 3.* Pariter iniustus dici nequit metus, quem iniecit pater vi patriae potestatis, analogice ciuilibus, scil. secundum ius vetus, aut secundum ius nouum ratione peculii profectitii *L. 4. §. 34. de doli mali & met. except.* Iustus metus iustus rati- uocatur ratione eum patientis, illum nempe ad effectum, one patientis, ut actio vel exceptio exinde nascatur. tis.

§. VII. Pro eiusmodi iusto metu leges habent, qui Quisnam in constantissimum hominem cadere potest, *l. 6. h. qua. pro tali ha-* beretur. Seruitutis. lis est timor seruitutis. Obstat, quod nemo priuatorum alium possit temere in seruitutem redigere. Sed resp. posse quem habere documenta mea, per quae statum meum ac libertatem probare possim, quae minitans se dilaceraturum, nisi dem, a me aliquid extorquet, *l. 2. §. 1. h.* qualis metus omnino gratis est. Seruitus enim morti naturali comparatur, & serui ciuilliter mortui dicuntur.

D

multi

Stupri.

Porro pro iusto metu habetur, ne vis inferatur pudori, puta si quid datum sit, ne stuprum pati cogatur vir vel mulier, cum viris bonis metus iste maior esse debeat quam mortis *d. l. 8. §. 2.* ibique BRVNN. *n. 2.* vbi addit, Theologos de earum salute, quae metu stupri violenti in flumen se praecipitarunt, bene sperare. Verum, licet misericordiae diuinae nullos ponendos esse limites existimem, quin tamen eiusmodi factum ab autocheiriae crimine excusari possit, addubitarem. Hinc praestare existimarem, vim pudori inferri potius pati, quam ad eam effugiendam propitium eligere. Vitium enim abesse potest in eiusmodi persona, nec castitas laeditur, vbi voluntas deest. Conf. pluribus HENR. CORN. HECKER Hamburgensis in nupera *diff.* hic Lipsiae habita de *Autocheiria Martyrum.* vbi *l. cap.* exempla eiusmodi martyrum propitidarum recenset, secundo de eius moralitate agit, quamuis & circa finem istam Theologorum sententiam defendat. Praeterea iustus dicitur metus, si quid extortum sit per *cruciatus corporis*, vid. BRVNN. *ad l. 8. n. 5.* it. *ad l. 4. C. n. 2. b.* contra BACHOVIVM, aut *capitales minas*, imprimis si minitans eas exequi solitus sit; solae enim minae non sufficiunt, *l. 9. C. b.* GAIL *l. 1. obs. 4. n. 4.* & *obs. 93. n. 7. lib. II.* add. BRVNN. *ad l. 7. C. n. 8.* ibique citatis *l. 4. ex quib. caus. maj. l. 7. C. b.* WESENBECK. *h. n. 3.* Iustus quoque vocatur, si *mortis aut verberum* terrore quid extortum sit *l. 3. §. f. b. l. 4. ex quibus caus. maj.* BARTOL. *l. 7. de Condict. ob turp. caus.* ibi: *mulier, si probet, se bene percussam instrumento per virum facto consensisse, metu fecisse videtur.* Hocque valet, licet vim passus in re illicita sit verusatus, vti in furto aut adulterio, quod magis mirum, quia in his delictis comprehensos quandoque iuste occidere licet. *l. 7. §. 1. l. 8. pr. b.* STRYCK. *U. b. §. II.* Pariter exceptioni nostrae locum facit metus *carceris ac vinculorum*, id est, si quis in carcerem detrusus, vt quid promittat. *l. 7. §. 1.*

cruciatum.
minarum ca-
pitalium.mortis aut
verberum.

carceris.

§. 1. l. f. §. 1. l. 22. 23. §. 1. ibique BRVNN. n. 7. add. l. 9. ex quib. caus. maior. Quod verum est, licet non ipse incarceratus, sed pater eius promiserit, vel fideiussor, qui pariter ex hoc edicto iuuantur, ROLAND. A VALLE lib. 1. conf. 11. n. 61. sq. dummodo carcer sit iniustus, quod plerimi volunt citati a WISSENB. disp. 13 n. 22. Verum & ad iustum, cuius tamen causa iniusta, id extendendum putat BRVNNEM. ad l. 22. n. 2. Sed quomodo iustus carcer dici queat, cuius tamen causa iniusta est, non intelligo? Illud autem nihil interest, haec omnia in se quis veritus sit an in liberis suis, cum pro affectu parentes magis in liberis terreantur. d. l. 8. §. f. Vnde est, quod in Collegiis iuridicis observari solet, ut si pater & filius simul sint torquendi, ab illo initium faciendum dicant MANZ. de restit. n. 4. n. 24. CARPZ. Pr. Crim. quaest. 124. n. 18. MENOCH. l. 6. praef. §. 6. BRVNN. ad d. l. n. 3. ubi ad uxorem fratres & consanguineos hoc extendit cum THOMA de FAGUNDEZ de l. & l. 1. cap. 5. n. 5. seq. quin imo ad affines. MENOCH. n. 279. Hactenus recensita pericula metus qualificati, ut exceptioni nostrae locus sit, merito pro praecipuis habentur, hincque a Dd. sequenti versiculo includi solent.

Excusat carcer, status, mors, verbera, stuprum.

Praeter haec alia adhuc recensentur a Dd. uti metus tormentorum, oculorum amittendorum, l. 3. de extraord. cogn. Aliaque denique amissionis bonorum aliaque. vid. WESENB. h. n. 3. MYNSING. c. 3. obs. 27. HAHN. h. n. 3.

§. VIII. Econtrario nec exceptio nec actio prodest, si metus fuerit vanus. l. 4. ex quib. caus. maior. l. 5. 6. & fin. h. l. 184. de R. l. l. 13. de re iudic. l. 13. C. de transact. Ratio ex supra dictis patet, ubi ad restitutionem ex capite metus requirere diximus, qui in constantem virum cadit. Sibi autem imputet, qui vano metu territus quid promittit. Ad hoc edictum itaque non pertinet metus, quem quis culpa sua patitur, de quo casus est l. 21. pr. b. aut quem meticolosus patitur, de quo casus est l. 21. pr. b. aut quem meticolosus patitur, de quo casus est l. 21. pr. b.

metus infamiae.

vexationis.

ciuil. munerum. periculi nondum praesentis.

sibi ipsi infert, metuens, vbi nihil metuendum, quod facere solent forminae, maribus plerumque timidiore: pueri, & in genere omnes multarum rerum experientia destituti. Nec sufficiens habetur, vt restitutio concedi queat, metus *infamiae* seu criminationis, verbis, literis, aut gestu factae. *l. 7. pr. h.* Non obft. *l. 8. §. 2. eod.* vbi ob stupri metum huic edicto locus conceditur, vid. *§. praec.* ibi enim adest metus infamiae realis, per quam WESENBECK. *n. 3. h.* intelligit veram iuris & facti iniuriam, quatenus verbalibus criminationibus opponitur. Hic metus ideo iustus videtur, quia eum passus, si non iure noetur infamia, nihilominus tamen stuprum cum admittit, quod pecunia redimere potest, nec minus illud malum eligit, praeferendo pecuniam honestati, existimationem suam apud viros graues & honestos non potest non perdere, eo quod pecuniam castitate maius aestimauit bonum. Per criminationem vero de quibus loquitur *d. l. 7.* priuatus infamem se face- re nequit. Infamia enim non nisi a lege vel immediate vel mediante iudicis sententia inferitur. BACHOV. *ad Treutl. vol. 1. diff. XI §. 4. lit. h.* BRVNN, *ad l. 7. n. 1. l. 10. C. n. 8. §. 9.* Sic quoque *vexationis* timor frustra huc alligatur; *d. l. 7.* talem enim si leges probassent ad effectum restitutionis producendum, quotidie litres augerentur. Vanus porro est metus *ciuilium munerum* per *l. 8. C. h.* Pariter nec succurrunt leges ei, qui suspicione metus inferendi quid promissit; requirunt enim illae talem, qui actu praefens sit, id est, ita vt nisi hoc vel illud fiat, malum e vestigio & contenti adsit. *d. l. 9. pr. ibique.* BRVNN, *n. 1.* Hinc qui ad so- lum auditum, quod hostis cum armis veniat, aufugerit fundumque reliquerit, hac exceptione non tutus est, *d. l. 9. pr. h. add. l. 1. §. 6. quar. rer. actio.* quia hactenus metus vere illatus non est, vnde illi praeuenire aliis remedijs aut plane eum expectare debebat, quamuis non desint, qui probabilem metus suspicionem contractus rescissionem para-

parere volunt. arg. l. 7. C. b. vid. MASCARD. de probat. concl. 10. c. 5. n. 49. BARBOS. ad d. l. n. 7. §. q. ibique citati.

§ IX. Licet autem homines in dignitate constituti, potentiaque eminentes, multum valere soleant in aliorum mentes, nihilominus tamen illam ad metum arguendum, per quem excipis initum esse contractum, non idoneum iudicaverunt LL. vid. l. fin. §. f. π. l. 6. C. b. ibique Brunnem. vbi ad obft. l. p. b. solide respondet. Nam nec hic metus vere est illatus ab alio, sed persona metuens illam sibi ipsi infert, hinc sibi imputet, quod ex eo damnum sentiat. Ex sola enim dignitate ac potentia non præsumitur metus, nisi alia concurrant indicia. Vid. Dn. PRAESES de matrimonio contracto. c. 1. §. 26. p. 39. Equidem non negauerim, Principum preces pro mandatis plerumque accipi, eo quod longæ ipsis sunt manus, & repulsam illi raro inulti ferre solent; Interim tamen rectius exceptioni nostræ hic locum denegaverunt LL. DE CIVIS Conf. 219. n. 2. MENOCH. Conf. 431. n. 32. quia vis vera non est adhibita. Et quis se non excusaret, potentiamque alterius prætexeret, si illa ad metum hunc legitimandum sufficeret? BRVNN. ad l. f. C. b. Ex dictis pariter liquet, quid habendum sit de metu reuerentiali, qualem inferre sibi patiuntur, qui mariti, parentumque imperio subiecti sunt. Cum enim hic iterum deficit realis metus illatio a persona, cui reuerentia debetur, pariter insufficientem talem metum existimarem ad postulandum restitutionem ex eo gestorum; ipse enim patiens sibi hunc metum infert, ideoque LL. assitentiam non meretur. vid. l. 9. pr. h. l. 12. de sponsal. l. 22. de R. N. l. 26. §. 1. de pignor. confer l. H. BERGERI diff. de restitut. in integ. ob reuerentiam obiecto denegata §. 19. §. 99. Sunt tamen, qui contrarium defendere allaborant, nixi imprimis l. 1. §. 6. quar. rer. act. ibi: tamen causa cognita si liquido apparet, libertum metu solo vel nimia patris reuerentia in se subiecisse, cui iungunt l. 91. §. f. de furtis. Verum sicut uterque textus nimiam reuerentiam præsumit,

potentia ac dignitate.

obst. de aliis

metus reuerentialis

Rsq.

30 CAP. II. DE EXCEPTIONE METVS INIVSTI

mit, & Prætor statuit, se causa cognita desuper constitutum esse, ita ex circumstantiis, circa hunc metum occurrentibus, rem diiudicandam putarem cum DN. PRAESIDE *l. c.* add. ZASIVS & BARTOLVS *ad d. l. 1. § 6.* BACHOV. ad WESENEN. ANDR. SCHAEFER *Lib. II. Qu. 2. n. 74. Ill.* DN. GVNDELING *l. c. c. 4. § 8. p. 89.* Si enim minæ concurrant aut atrocissima læsio, tunc restitutio non denegatur. *l. 11. § 12. C. h. Conf. GAIL. L. II. Obs. 23. MEY. P. II. Dec. 41. P. V. Dec. 273. WVRMSER. I. Pract. c. 1. BRVNN. ad l. 6. C. h. n. 6. in fine,* ibique citati CARPZOV. *Iurispr. Eccles. L. II. def. 30.*

est obiecto.

Ris.

Quamuis illa tunc non ex hoc capite sed ideo, quod vis realis illatio facta sit, concessa videtur. Hinc non prætereundum duco, dari, qui cum viderent, LL. hoc edito non succurrere metum reuerentialem passis, locum hic concedendum existimant vili remedio vel officio Iudicis. arg. *l. pen. defurt. Hilliger. ad Donell. l. 1. § c. 38. WESENEN. h. n. 3. ex 9.* Sed recte regerit BACHOV. *n. 3. lit. f. Ita lex posita erit nudis verbis, quid enim interest Iudicis officio, quod quale sit non capio, an ex hoc edito restitutio fiat?* Adde, quod cum in *l. 6. h.* diserte ob metum vanum, qualem hunc esse manifestum est, denegetur restitutio, legem illam fieri elusoriam, si ad officium iudicis refugium pateret. Conf. LAVTERB. *h. § 13.* Caeterum circa diiudicationem, num metus sufficiens sit vel non, ad hunc effectum, vt per illum gesta rescendantur, probe iudicibus attendendum erit ad qualitates personarum metum præ se ferentium *l. 3. ex quib. caus. maior.* Non omnium enim est vna eademque animi constantia; aliis facilius, aliis difficilius mentis trepidationem admittentibus pro ratione sexus; (sic metus consideratur minor in femina, quam in masculo. BARBOS. *l. c. n. 6.* ibique allegati.) ætatis, valetudinis, affectus, educationis, peritiæ rerum aliarumque circumstantiarum. GAIL. *l. c. item de pac. publ. L. 1. c. 2. n. 5. IURISPR. ECCLES. CARPZ. L. II. D. 29. BRVNN. ad l. 6. h. ibique quam plures citati. ZIEGLER. ad Grot. L. II. cap. XI. §. 7.*

§. X. Postquam itaque haec *qualitatem metus de-* quomodo
lineauimus, nunc quoque *discipiamus* necesse est, quo- LL. succur-
modo metum iniustum passis succurrant LL. Valebant ne- runt metum
gotia vi metuque extorta secundum communes Iuris Ciu- passo p. casu
lis regulas ac strictum ius, adeo, vt, qui alium per eiusmodi iure veteri,
promissa sibi obligauerat, actionem nancisceretur, ad peten-
dum ab eo id, ad quod se vi metuque adstruxerat. Qua
de re differens textus extat in §. 1. I. d. except. add. l. pen. C.
de inuril. stip. vbi, dolo vel metu adhibito, actio quidem
nasci dicitur, si stipulatio subdita sit; cuius iuris fundamen-
tum querendum in consensu, hic non prorsus deficiente,
vtut is non sit spontaneus; quia tamen ita promittens
cum electione quadam agit, ex duobus malis minus appe-
tens, i. e. potius ita contrahere amans quam interfici, aut
aliud graue malum pati, voluntarie quodammodo agere
videtur, iuxta illud: coacta voluntas etiam est voluntas. l.
21. §. pen. h. ibique BRVNN. LAVTERB. ad h. §. 21. alique
citati a Magnif. DN. GRASSIO praepatore quondam meo
maximè colendo, in collat. iur. ciu. cum R. l. Sect. X. conf.
& BARBOS. L. XI. c. 33. n. 2. GAIL. L. 2. obs. 93. n. 5. hinc
eiusmodi negotia ipso iure valida habebantur. Verum Iure nono
enimvero cum iniquum videretur, id ratum esse, quod post Prato-
aliquis, non quia absolute voluit, pactus est, sed quia coa- ris edict.
ctus est, SEN. L. IV. controu. 27. & contra naturalem acqui- perrect. in
tatem, si cui dolus suus proffit, insuperque coacta volun- integr.
tas non sit libera voluntas, adeo vt in talia promissor non
consensus fuisset extra metum constitutus, l. 16. de R. I.
BARBOS. l. c. n. 3. praetor moderator stricti iuris aequita-
tisque custos obligationem metu extortam noluit esse ra-
tam, sed humanitatem & auxilium hic mereri metum pas-
suum iudicauit, succurrendo ei per restitutionem in inte-
gram, per quam eiusmodi negotia rescinduntur, omni-
aque in pristinum statum reducuntur. l. 1. 2. de in integ.
resit. PHILIPP. MATTH. ad d. l. 16. n. 3. Sunt, quibus haec
am-

Num hic
subest subci-
litas iuris?

ambages iuris ciuiliſ neuti quam ad palatum ſunt, quique eaſ maximam partem ad diſcernenda officia praetoris & iudicis pedanei inuentas volunt. vid. ILL. DN. THOMASIVS in l. 1. d. l. 2. c. 7. § 65. TITIVS obſ. 14. ad Lauterb. aliique. Sed legibus Romanis facile ſua conſtat ratio, cum enim non praſumatur in ciuitate degenti lvis eſſe illata, atque ſic ea exceptio dubiam poſſit habere interpretationem, conueniens vtique videbatur, eiſmodi pactum tantisper ſuſtineri, donec a iudice ſuper metu illato poſſit cognoſci. PUFFEND. l. 3. c. 6. §. 13. ibique HERTIVS. Aliam rationem innuit modo laudatus DN. GRASS. l. c. §. 6. non negans, ſubtile Romanorum illud eſſe inuentum, rigorem iuris inſimul ſecum tucens; verum ideo inductum aſſerens, vt eo melius conſulatur incidenti in manus violenti aggreſſoris, qui forte facilius a caedibus & durioribus impreſſionibus abſtinebit ſciens etiam ad coacta promiſſa obtinenda ſibi competere actionem, quam ſi certum eſt, nullam inde prouenire obligationem.

Ille reſtitu-
tio quomodo
impetratur?

§. XI. Impetratur dicta reſtitutio vel per modum *exceptionis* vel *actionis quod metus cauſa*; per illam, quando re adhuc imperfecta i. e. ſi ſtipulationem numeratio nondum eſt ſecuta, iniquas petentis intentiones oppugnare licet, actionemque, ſtricto quidem iure efficacem, quoad eius exercitium inefficacem ita reddere. l. 12. d. R. l. §. 1. l. de Except. l. 9. §. 3. b. Quo in caſu & locum habere poteſt *exceptio doli generalis* l. 2. §. 3. 5. l. 12. & imprimis l. 4. §. 33. de dol. mal. & met. except. quiaimo & datur *actio ſeu imple- ratio officii iudicis* ad diſſoluendam promiſſionem. Non enim teneor exſpectare, donec conueniar. Quid ſi enim exſpectet aduerſarius meam mortem, ac heredes dein ex chirographo meo conueniar? quid ſi teſtes, per quos meum incuſſum probare poſſum, interea moriantur, aut alias durior mea fiat conditio? BRVNEM. ad d. l. 9. n. 13. ſq. add. BACHOV. ad h. l. c. 3. n. 1. Per hanc, quando re iam per

perfecta, i. e. si post stipulationem & numeratio facta est, aut per metum accepto debitor est liberatus, vel si quid simile contigerit, repetitur res metu amissa, *d. l. 9. §. 3. ne iniustus praedo cum alterius damno & iniuria locupletetur.*

l. 14. de cond. indeb. l. 206. d. R. I. conf. qui hæc omnia exactissime enucleat, LAVTERB. h. add. DN. GRASS. d. l. §. 5.

Cacterum vsum huius doctrinae iuris Rom. quod scil. nego-

tia metu extorta ipso quidem iure valida sunt, impugnanda

tamen per restitutionem in integrum adhuc hodie in praxi

obtinere, late defendit DN. GRASS. *l. c. p. 7. vsque ad 15.*

idque verum esse *p. 14. dicit indistincte in negotiis b. f. &*

& stricti iuris per l. 3. 4. 5. 7. & f. C. b. & plurimas Ddrum

autoritates STRUVII, MULLERI, LAVTERBACHII alio-

rumque. Dissentit tamen DN. PRÆSES in iur. eccles. h. §. 3.

asserens in negotiis stricti iuris, non etiam in b. f. quae ip-

so iure nulla nec praetoris auxilio indigere ait, iunct. diff.

de matrim. coactio. c. 1. §. 7. sqq. Eadem est sententia ILL.

DN. GYNDLINGII l. c. c. 3. quamvis circa explicationem

textuum, vnde id deducunt, variant. add. SYRINGII de

P. relig. c. 2. p. 22. Sic quoque nonnulla exempla, quibus metu

promissis ipso iure nulla esse v. g. de Dote per l. 21. §. 3. h. ma-

trimonio &c. assert. BRVNN. ad. d. l. 21. n. 4. sq. simulque

huius specialitatis rationem adducit hanc, quod in dote

maxime consideretur id, quod bonum & aequum est, cui

meus repugnet; De matrimonio quoque contra BRVCK-

NERVM in dec. mat. c. 21. n. 33. id negentem late defendit

DN. PRÆSES cit. D. §. 8. seq. plura exempla recenset MANZ,

de restit. in integ. tit. 4. n. 10. sq.

§. XII. Potestas concedendi hanc restitutionem pri-

mo penes praetorem erat, dein quibusvis magistratibus ma-

ioribus competebat, qui tribunal & iurisdictionem cum ad-

ministracione habebant, *l. 16. §. f. l. 17. de minor. 25. ann. l.*

3. C. ubi & ap. quem rest. non tantum ordinariis, quae est

sententia Wesenbecii ad tit. restituit. in int. n. 5. sed & qui ab his

E

dati

Num hic dif-
ferentia in-
ter contra-
us b. f. & stri-
cti iuris sta-
tucada?

Aquo impe-
tratur?

ti erant, i. e. quibus *mandata* erat *iurisdictio*, nec minus, qui *delegati* erant a principe ad causae totius excussionem, vulgo commissariis, quae omnia probantur per expressa verba d. l. 5 C. vbi & ap. quem. ibi: *qui vel certae administrationi, cui & iurisdictio adheret, praepositi sunt vel NB. AB HIS FVERINT DATI & multo magis, si a nostra maiestate delegata eis sit causarum audientia.* Hinc magistratus municipales hanc potestatem sibi arrogare non poterant, nequidem nouo iure; nulla enim extat lex correctoria legis 26. ff. Quicquid tamen sit, cum moribus & praxi hodierna nil certius sit, quam quod omnes causae civiles pertineant ad inferiorem iurisdictionem, distinctioque ista inter magistratus maiores & minores seu municipales circa ea sublata, vel potius nunquam recepta sit, STRYCK. *of. mod. de restit. in int. §. 6.* hodie, quin illis quoque competat, nullum est dubium, vid. GIPHAN. *ad d. l. 3. STRVV. tit. de restit. in int. n. 4. ECKH. ad d. tit. §. 3. ODD. tr. de restit. in int. P. I. qu. 32. art. 4. DN. PRÆSES l. c. l. i. tit. 4. §. 6. sqq.* Econtrario ad arbitros, & commissarios quod est, quin iisdem haec potestas hodieque interdicta sit, constat *ex d. l. 3.* Add. WVRMSER. I. *Pract. §. obs. 3. De iudicibus pedaneis, i. e. qui propriam iurisdictionem non habebant, sed simplicem saltem notionem, quin simus solliciti, superuacaneum esset, cum hodie non amplius supersint. Ince- rim nec iis restituendi facultatem apud romanos competiisse, pariter manifestum est ex d. l. 3. add. DVARENVS ibid. & imprimis DN. PRÆSES l. c. vbi in verbis: qui ita dati sunt, pro particula relatiua qui fortasse legendum quia existimat.*

Actio quod
met. caus.

§. XIII. Progredior nunc ad actionem quod metus causa, qua restitutio rei vi metuque amissae repetitur. Est illa personalis, § 31. l. de act. in rem scripta, hincque contra quosuis, ad quos quid de ea re peruenit, competens l. 6. §. 10. l. 9. §. 8. l. 14. §. 3. & 5. b. FRANZK. *de rest. in integr. n. 30. §. 9. SAN-*
DE

DE *lib. 1. tit. 15. D. 1.* ex natura actionum in rem scriptarum. Licet enim primario ac principaliter descendant ex obligatione, eoque respectu personales sint, participant tamen de realibus aliquid, ratione subiecti passivi, uti DD. loqui amant. Datur illa primum in *simpulum* ita, ut præter id, datur regul. quod vi compulsiva metuque ablatum, quodque ex ad *simpulum* inde abest, actor nil amplius consequatur, & tunc est perpetua, i. e. per 30. annos durans. GROENWEGEN *ad l. 4. C. b. BRUNNEMANN ad l. 3. C. b. n. 7. & ad l. 4. n. 1.* In ipsa tamen restitutione cauere tenetur reus de dolo, quod scilicet rem in eodem statu restituat, nec eum deteriorauerit &c. *l. 9. §. 5. l. 18 & 45. de R. V. l. 15. de pign. act.* Exempla tamen, ubi hæc cautio non est necessaria recensentur in *d. l. 9. §. 7.* Quodsi vero reus, aut qui metu extorta possidet, iussu magistratus negligit, restitutionemque recuset, propter contumaciam istam intra annum in *quadruplum* condemnatur *l. 14. §. 1. 3 4 7.* propter contumaciam
9. Io. 14 sq. l. 9. §. 8. §. 25. 27. l. de act. indeque actio hæc tumaciam
vocatur *arbitraria.* BACHOV. *de act. D. 6. STRVV. h. §. 20.* vero ad *quadrupl. intra annum.*
BRVNN. *ad l. 14. n. 5. sq.* ubi simul verba textus; usque *ad sententiam ab arbitro datam* tanquam dubiae lectionis exponit. Id quod minime iniquum est; sibi enim imputet, quod ab initio arbitrio iudicis non satis fecerit restituendo, *d. l. 14. §. 3. in f.* meritoque punitur, quod lucrum sentire cupit cum alterius damno siue titulo lucroso seu oneroso possideat. BRVNNEM. *ad l. 14. n. 8.* hocque verum est, licet tertius possessor existat, qui metum non intulit; hic namque non quaerendum, quis metum incusserit, sed an metus illatus sit, *d. §. 3.* sufficit rem metus vitio esse affectam; SVENDEND. *ad ECKH. h. §. 4.* limitationes tamen *vid. in d. l. 14.* ibique BRVNNEM. ubi plures casus huc spectantes examinat. Quadruplatur vero non solum res, sed & fructus & omne interesse, *d. l. 14. §. 7. l. 21. §. 2. h.* huicque quadruplo
E 2. sem-

Num annus
mutatus in
quadrienni-
um?

Negatur.

qst. num qua-
druplum ho-
dienum peti-
tur.
Praemittitur
qst. generalis
de actionum
penal. vsu
moderno

semper inest simplum, adeo, vt triplum tantummodo pe-
na *fit. l. 14. §. 9.* ibique BRVNN. Cum autem dixi, quadru-
plum illud peti debere *intra annum*; quaeritur, an hic an-
nus mutatus sit in quadriennium? sunt qui id affirmant
per *l. f. C. de temp. in int. rest.* BRVNN. n. 13. idem *ad l. 29. h.*
n. 2. SVENDEND. *ad ECKH. l. c. verb. intra annum* add. LVD-
WELL aliique. Arridet tamen magis negatiua, quia lex
ista solummodo agit de restitutione maiorum & mino-
rum hincque extra casus ibi comprehensos non erit ex-
tendenda, in primis cum sit correctoria. Vt itaque ius
vetus quoad restitutionem ex capite metus in suo vigo-
re maneat. LAUTERB. *b. §. 32. & ad tit. de rest. in integr. §.*
24.

§. XIV. Anceps quoque & multum agitata inter
DD. est quaestio, *num hoc quadruplum hodiernum recte peti-
tur?* ad quam facilis erit responsio, si generalem illam
praemiserim; *num actiones civiles in duplum aut quadru-
plum vnquam in foris Germaniae sunt receptae?* vel si receptae,
num hodieque adhuc eorum vigeat vsus? id quod multi re-
centiorum DD. negant, earum in locum extraordinarias
quasdam successisse asserentes. vid. fufe allegatos apud
DN. GRASSVM *in coll. iur. ciu. cum R. I. sect. 13. p. 35. &*
HARPPR. vol. nou. conf. 3. n. 50., quibus ad de GROENWEG.
de LL. abrogat. tit. de calumn. CYPRIAN. REGNER. *ad l. 1.*
tit. eod. BOECKELMAN *tit. eod. in fin.* STRVV. *ex 7. §. 60. in f.* BERLICH.
P. IV. concl. 43. n. 3. CARPZ. *pr. crim. p. 2. qst. 90. n. 60.* Sed placet mihi
sententia affirmatiua, cuius probatio haec esto; scilicet con-
fidentur DD. ad vnum ferme omnes, quotidiano fori vsu
nisi, ius ciu. Rom. in imperio nostro in *subsidium* esse re-
ceptum, vbi statuta silent prouincialia. Id quod restantur
tot prouocationes in recessibus imp. & in primis in con-
stitutione criminali passim factae; adeo, vt lege nitens iu-
stiniana, quamuis eius obseruantiam minime probet,
causam nihilominus tam diu habeat fundatam, donec ad-
uer-

uerfarius ius posterius vel contrariam dispositionem statutariam monstret, vid. fufius tradita ab ART. DVCK. *de usu & autorit. iur. rom.* l. 2. c. 2. ibique citati DATT. *de p. p. lib.* 4. c. 1. n. III. sq. LAVTERB. *concl. fer. ex. 1.* § 1. & coll. *ib. pr. proleg. n. 14.* add. LINCK. *de iur. iustin. recept.* p. II. sq. BERGER. *de usu action. pœnal.* §. 9. iam vero notissima iuris regula est; quicquid abrogatum non est, curstare prohibeatur. l. 27. *de testam. 23. de appell.* Hoc velim applices ad præsentem quaestionem; vbi enim dissentientes hæcenus probauerunt, LL. istas ciuiles de actionibus in duplum & quadruplum generali Germaniae lege vnam esse abrogatas? Quin quod potius pro earum validitate militet generalis lex ab Imperatore & statibus per omnia lata in *ord. crim. art. 157.* qua sanctio iuris ciu. circa actionem poenalem in furto comprobatur; verba clara sunt: *So sol ihn der Richter darzu halten, so es anders der Dieb vermag, dem beschädigten den Diebstahl mit der ZWEIFACH zu bezahlen,* cum quibus confer *art. sq. 158.* ibi: *mag ihn der Richter BÜRGERLICH und also strafen, das er dem beschädigten den Diebstahl VIERFAELTIG bezahlen sol.* Verba tamen *art. 167. Bürgerlich zu strafen* huc applicanda esse, prout in hunc sensum ea accipere placuit Magnif. DN. GRASSO *d. sect. 13. p. 37.* & CLASEN. ad *d. art. vix existimarem,* si sequentia penitus examineu, potius cum Excell. DN. LVDOVICI hic poenam carceris, aut multam, vel aliam leuiusculam intellexisse LLatores crederem, eo quod vox *Bürgerlich* communiter ita in iure Germ. accipitur. Cum autem dicta *constitutio crim.* vti aliae imperii LL. non potest nec vult iuribus cuiusuis in territorio iam ante salubriter constitutis aut receptis consuetudinibus derogare, iuxta diferta verba præfat: *doch wollen wir &c. nichts benommen haben* conf. fufius DN. GRASS. *collat. iur. ciu. cum Rec. Imp.* per tot. inprimis §. *fin.* add. Magnif. DN. DR. SCHWEDER Praeceptor meus submisit colendus, in

iur. publ. P. sp. sect. 2. c. 13. §. 2. per se patet, dicta non valere in Principum territoriis, vbi pro his actionibus ciuilibus in duplum & amplius extraordinariae persecutiones per expressa statuta aut contrariam obseruantiam sunt introductae. Haec namque semper praevalent Reecessibus imperii, ac iure Rom. in subsidium tantum, vti mox monui, recepto. Vnde verissimum esse puto, omnino hodieque adhuc esse admittendum, qui in eiusmodi prouinciis ad duplum vel amplius agit, vbi statuta id expresse non interdiciunt. Et sane nil clarius est, quam quod conditores constitutionis crim. iuris ciu. dispositionem in *ad. art.* adoptarint, vid. AVTOR *des teutschen Iustiani ad §. 3. Inst. de oblig. quae ex del.* Tantum itaque abest, vt vsus actionum ciuilium poenaliu nunquam in Germania sit receptus, vt potius variorum locorum statuta non solum in *actione furti*, sed & in aliis ejusdem generis actionibus eum non semel approbarint. Conf. GIESEBERT. *in peric. 4. statut. 125. n. 39.* & in *Iustin. harmon. tit. de V. B. R. n. 50.* IVS PROV. WVRTEMB. *P. 2. tit. 3. §. f.* vbi actionem ciuilem poenalem in *deposito miserabili* locum habere constat. Conf. LAUTERB. *ad tit. depof. §. 2.* Idem circa depositum statutum legimus in *IVRE CVLMENSI l. 14 tit. 3. c. 3. conf. & HUBER. tit. depof. n. 60.* Quin imo praxis iudiciorum etiam modernorum vel mille exhibet praeiudicia de his actionibus poenalibus, quorum plurima adducit Dn. GRASS. *l. c. p. 39. sq.* In specie quoad *furtum* vsam eius hodiernum stabilit SCHOEFFER. *tit. de furt. n. 40.* BERGER *in resol. LL. obst. tit. eod.* HARPPRECHT. *vol. nou. conf. 53. n. 59. sq.* quibus addas responsum de poena dupli ratione rei deperditae in actione *serui corrupti* a Facultate iurid. Frf. d. 10. Mai. 1678. conf. BRVNEM. *diff. de delictis serui aliusue hominis corrupti c. 2. §. 5.* De *falsis ponderibus* poenam dupli hodieque obseruatam adducit MEYIVS *ad ius Lub. l. 4. tit. 12. art. I. n. 20.* De actione in quadruplum aduersus *calumniam*.

minatores vid. BRVNN. *ad l. ult. de calumn.* CHRISTINAE-
 vs *Vol. 4. dec. 205.* SCHILTER. *ex. 10. §. 69.* ENGELBRECHT.
iii. eod. §. f. SCHOEFFER. *eod. n. 8.* De actione *Vi bonorum*
raptorum praeiudicium exhibet BERGER *de vs. act. poen. §.*
 39. In Saxonia quoque vsus actionum poenaliu in viri-
 di esse obseruantia, quotidiana praxis docet. Ipsemet
 hoc anno, quo Lipsiae literis vacavi, praeiudicium ob-
 seruavi, vbi mense Aug. poena dupli dictata fuit *in actione*
effusi in Sachen Dr. Wincklers contra Langhut, vbi vsus a-
 ctionum poenaliu in actis egregie est deductus. Vt alia
 praeiudicia vbique occurrentia taceam.

§. XV. Quae cum ita sint, nil sane video rationis,
 quare, reiecta sententia affirmatiua, & iuris Rom., cuius in
 hoc passu nulla probari potest abrogatio, & Germanici
 expressis fundata textibus, contrariam amplectendam du-
 cerem. Quod enim ad raritatem exemplorum hodie oc-
 currentium prouocetur a dissentientibus, parum sane ve-
 ritati sententiae meae nocet. Sint rariora ratione casuum, Rsp. ad dis-
 sentientium
 rationes.
 vbi ad simplum solum actum fuit, vel ad extraordinariam
 persecutionem, sufficientia tamen ista, quae adduxi, sunt,
 ad probandum id quod intendi, nimirum, si quis eas actio-
 nes intendere velit, vbi contraria non extat dispositio, re-
 cte repelli eum nequitiam posse. Dein plane non proce-
 dit ad probandam harum actionum poenaliu defuetudi-
 nem ista argumentatio: Hic vel ille non vsus est iure suo,
 ergo & mihi aut alii eo vsuro actio erit deneganda. Possunt
 quippe multae causae eos impedire, quo minus hoc vtan-
 tur remedio. Alius namque illud negligit ex ignorantia;
 Alium diffidentia absterret; Alius paupertate rei moueri
 se patitur; quandoque & iudex ius ignorat, ideoque hanc
 poenam non dicitur; Alius rursus ex supina negligentia
 illam actionem praetermittit. BRVNN. *ad l. i. depof. n. 3.* HV-
 BER. *iii. depof. n. 60.* Sed quid inde? Numne hic non v-
 sus vsus illorum remediorum ciuiliu tollere valet? Neu-
 tiquam.

tiquam. Ab vsu enim non adeo frequenti ad non vsum non magis valet consequentia, ac si argumentari velles ab abrogatione particulari in quibusdam prouinciis, ad vniuersalem Germaniae vid. MVLLER ad STRVV. Ex. 47. §. 37. lit. z. ibique citati. Nec est, quod dicas, sententiam meam ab hoc vel illo saltem defendi; si enim calculum inire vellemus, resque ex pluralitate decidenda foret, vereor, ne succumbant ita sentientes. Pugnans namque pro illa praeter adductos a Dn. GRASS d.l. BERGER in *oecon. iur.* passim, & fusius in iam laudata dissertatione lecta omnino digna, HARPPRECHT *vol. nou. cons.* 53. n. 51. Ill. Dn. THOMAS. ad STRAVCHII *diff.* 19. §. 8. vbi ex praecudiciis huius quaestionis decisionem reperendam esse disseferre asserit, quamuis dein *contrariam* sententiam amplecti amauerit in partic. *diff. de vsu act. poen. c. i. §. 27.* Ne dicam tota collegia hanc sententiam fouere, quotidieque obueniente casu iuxta eam pronunciare, vti ex praecudiciis modo adductis apparet. Licet autem non negauerim & collegia iuridica, ceu ex hominibus constituta, errare; (a) de illis tamen, qui in fauorem actionum poenaliu[m] decidunt, quin id tuto dici possit, addubitarem. Qui enim errare dici possunt, qui iudicant secundum LL. ex iure Rom. & Germanico petitas? Rectius id de dissentientibus dici meretur, donec non vsu[m] harum actionu[m], aut legem eam derogatoriam generalem, melius, ac hactenus factum, probauerint. Stabilita itaque hac generali quaestione de vsu actionu[m] poenaliu[m], facile liquet, quod de genere praedicaui, ex iisdem rationibus etiam de eius specie, scilicet *actione quod metus causa*, esse asserendum.

Ipsa quaestio
specialis at-
firmatur.

(a) Quid enim frequentius videre est, quam vt haec diuersa ab aliis sentiant; Sic v.g. Lipsienses Scabini a Wirtebergensibus quotidie dissentiant; vnde in foris versantibus admodum vtile, si peculiare collegiorum sententias memoria tenent, quo in remittendis actis, quae ipsis contrariantur, declinare possint.

Id quod adeo verum, vt BRVNN, *ad l. 9. h. n. 20.* ne quidem contra hanc iuris ciu. dispositionem vnquam puter decisum. Pariter pro praxi huius actionis admodum pugnat B. STRYCK. *in V. M. h. §. 3.* addens, *non esse causam, cur remedia illa contra delinquentes & contumaces prodita cessare dicamus, & hodie maiorem peccandi licentiam male feriat adscribamus.*

§. XV. De concursu aliarum actionum, in primis de *De concursu actionum re-*
missiue.
concessione hic dicenda adhuc quaedam essent; sed ne nimis excreseat dissertatio, formamque libelli academici excedat, sufficit breuiter adduxisse, vnde illa haurire licet. Instar omnium hic inferuire potest ANT. MATTHÆI *de criminibus tit. de concessione.* Inter multos namque, quos euolui, commentatores, illum omnium accuratissime haec pertractasse deprehendi, vbi simul de concursu actionum perspicue fuit traditum. Caeterum *pur-*
gatur vitium metus, si promissor, cessante metu, vltro praestet, aut super iam exhibita re controuersiam, cum possit, non mouet, sicque consensu suo ex post metum illatum approbet, l. 2. C. h. GROT. l. 2. c. II. §. 20. PVFEND. l. 3. c. 6. §. 14. & ita responsum esse a Facult. Witteb. M. Oct. 1709. testatur BERGER. in oecon. iur. lib. 3. tit. 15. §. 9. not. 8.

CAPVT III.

DE

EXCEPTIONE METVS IN IV-
STI EX IVRE CANONICO.

§. I.

Naturalis aequitas, in qua nostra exceptio se fundat, *Vnde in ca-*
nonum iura
deuenit ?
vid. cap. praeced. §. 2. mouit quoque Pontifices *F*
maxi-

maximos, vt contra coactiones consensus libertatem impedi-
dentes, *in cap. cum locum 14. de sponsal.* eam concefferint,
fuaque autoritate confirmandam duxerint. Vnde pari-
ter in iure Can. hanc doctrinam specialius expofitam de-
prehendimus.

Diverfa ta-
men ibi pro-
ponitur ac in
iure Rom.

§. II. Abit tamen ea in quibusdam a iuris ciuiliſ tra-
ditis, nec, quae eſt quorundam DD. ſententia, per omnia
cum iuris Romani diſciplina conſpirat; id quod hic pro-
bandum erit. Licet enim non negauerim, Pontifices in plu-
ribus ſententiam Juſtiniani aliorumque Imperatorum ſuam
feciffe; in hac tamen doctrina ſecus rem ſe habere, ex
dicendis patebit.

namque
hoc iure, me-
tu geſta ipſo
iure nulla
declaran-
tur,
ſecus ac Rom.

§. III. Scilicet audiuiſus ſupra *c. praec. §. 10.* geſta
per metum aut negotia vi metuque inita, ſecundum ius
Rom. regulariter non eſſe nulla, ſed *ipſo iure* valida, ita
tamen vt promiſſario conceſſa eſſet exceptio ad eliden-
dam actoris intentionem. Hanc ſubtiliter in deciſio-
nibus ſuis plane non attenderunt Praefules Romani, ſed
naturalem ſecuti rationem ſtatim illa ipſo iure declara-
runt nulla. Nam, cum Pontifices Romani in omnibus
contractibus bonam fidem requirant, huic autem nil ma-
gis repugnet quam vis ac metus, *l. 116. de R. I.* facile patet,
eos metum nulla ratione probare potuiſſe; id quod per
tot diſertos textus luculenter conſtat. Euoluamus mo-
do *cap. vn. de his quae vi met, in 610* vbi expreſſe vi metu-
que extorta *viribus omnino vacuanda* dicit GREGORIUS X.
Papa, cui iunge *c. Abbas 2. eod.* vbi ea *de iure irrita* pro-
nunciantur. conf. Ill. DN. GUNDLING *cit. diſſ. de metus*
efficientia &c. c. 4. §. 4. vbi hanc phraſin explicat, rationem-
que oſtendit, cur DD. nonnulli hic ius canon. in cauſa me-
tus cum iure Rom. concordare ſtatuertint, iunct. *§. 14.*
Nec minus clara ſunt verba Papae INNOCENTII III. *in*
c. 4. X. b. in quibus vis metusque cauſa quae ſunt, *robore*
firmitatis carere dicit. Ex cuiusdem Papae literis quoque
infra

infra c. 4. §. 25. adductis, quid magis apparet, quam vt metu gesta absolute ac ipso iure debeant esse inualida? De matrimonio in specie omnes ferme DD. habemus contentientes, ea metu ac terrore contracta ipso iure esse nulla c. si verum. caus. 31. quaest. 2. late DN. PRAESES in diff. de matrim. coactio c. 1. §. 3. §. 15. vbi duobus responsis id corroborat. Ill. DN. GVDNLING. l. c. c. 5. LAVTERB. tit. quod met. caus. §. 23. in fin. vbi tamen hanc sententiam, licet praxi corroboratam, (vid. CARPZ. aliique ab eo citati.) dubio non carere putat. Et sane hanc iuris ciu. & Can. differentiam circa metus exceptionem agnoscunt viri in vtroque iure vortatissimi. PANORMITANVS in c. de muliere 6 c. veniens, 13. sq. de spons. c. 2. de eo qui in matrim. adde WESEMBEC. in paratit. quod met. caus. n. 1. in fin. HAHN. ad eund. tit. DN. PRAESES in iure Eccl. h.

§. IV. Insignis quoque vtriusque iuris apparet differentia, vbi promissa, vi metuque qui extorsit, iuramento sibi confirmari curauerit. Iure ciu. namque eiusmodi promissa ipso iure nulla sunt, nec indigent absolutione, quia de re extat singularis constitutio FRIDERICI AENOBARBI 2. F. 54 §. 3. vnde eam inferi curauit titulo Cod. si ad vers. vendit. sub Auth. sacra impuberum. suasu maxime MARTINI. vid. DN. PRAESES l. c. tit. de iniur. §. 29. add. GROSS. in diff. sub DN. ROESLERI praesidio habita de obligatione iuramenti §. 9. Verba dictae Auth. haec sunt: *per vim autem aut per iustum metum extorta (sacramenta) etiam a maioribus nullius esse momenti iubemus.* conf. ibi CUIACIVS. BARBEYRAC. ad PVEND. lib. 4. c. 2 §. 2. p. 464. Equidem non nego, esse qui hanc Friderici LLationem ita explicandam esse censent, vt iuramenta ejusmodi nulla sint quoad confirmationem contractus, conualescere tamen respectu Dei, donec laxetur religiosum vinculum, adeoque nihil hic differentiae iuris can. ac ciu. statuunt, quod faciunt imprimis GONZALEZ ad X. p. 965.

1) Si promissioni iurament. accesserit, iure ciu. nihilominus erat nulla.

IAC. WISSENBACH. ad C. p. III. refutati ab Ill. DN. GVNDLING. l. c. c. 4. p. 95. sq. Idem quoque facit LAUTERB. b. §. 23. verbaque NVLLIVS MOMENTI ab imperatore praestita, & ipso iure & quoad effectum valida, ita vt effectus hic potius ab eo respiciatur, imprimis cum novum non sit in iure, vt ipso iure valida & rescindenda, dicantur irrita & ipso iure nulla, vid. iii. de iureiur. §. 29. vbi diserte dicit, & secundum ius civile absolutionem requiri. At frustraneam hanc verborum imperatoris esse explicationem, patet ex GVNTHERO, optimo mentis Friderici interprete. Ita enim ille haec exprimit in *Ligurino* siue opere de rebus gestis Friderici l. 1. s. v. 293. sqq. apud REYBERVM de scriptoribus rer. Germ. p. 413.

*Juramenta metu mortisque dolore coacta
Praecipue, ne quis multis nocitura loquendo
Publicet, aut in se crudeliter acta queratur,*

NVLLIVS MOMENTI VEL PONDERIS esse iubemus.

Iure canon.
vero absolu-
tione indig.

§. V. Econtrario iure can. nil verius est, quam quod eiusmodi iuramenta ipso iure subsistant, c. 3. ad aures c. 4. de his quae vi, nec absque relaxatione annullentur. Equidem non sum nescius, contrariam circa hanc rem fuisse primorum iuris can. conditorum doctrinam, qui nullam eiusmodi iuramentis tribuebant efficaciam, sed potius vna cum ipsa promissione ea irrita declarabant, in quo cum iure civili conspirabant. Disertus hac de re extat textus in c. 28 X. de iurei. vbi seruanda dicuntur quidem iuramenta, quae in alterius praecedentium redundant, nec seruata vergunt in salutis aeternae dispendium (de quo brocardico iuris can. vid. fufe M. CHRITOPH REYER in egregia diss. hoc ipso anno Lipsiae habita de origine & natura praecedentium circa iuramenta eorumque relaxat. c. 2. §. 95. sqq.) sed additur expresse haec limitatio, si sine vi ac dolo fuerint praestita. Huc quoque referas c. 2. eod. in Bro. & c. 2.

c.2. de pactis in 6to. vbi filia dote contenta iuramentum NON VI
aut dolo elicium in renunciatione. coeterorum bonorum patris
seruare iubetur; vid. MYSING. cent. 2. obs. 47. Sed non quod proba
est, quod mireris has contradictiones iuris canonici. tur
Contigit id non vna vice Pontificibus, falli caeteroqui, si
diis placet, nesciis. Interim certum est, doctrinam istam,
quae iuramenta eousque tenere dicit, donec vinculum obli-
gationis relaxetur, hodie communiter apud Pontificios ef-
se receptam. Nam cum callidus Clerus Rom. quotidie
plura ad forum suum pertrahere negotia moliretur, iura-
mentorum quoque cognitionem, an illa obligent, nec ne?
tandem ad suum deuoluit ouile; (quibus artibus vid. apud
DN. PRAESIDEM Iur. Eccl. l. 2. tit. 2. §. 29. & tit. 24. §. 21. BEY-
ERVM l. c.) contendendo, iuramentum instar voti cultus-
que diuini esse, ideoque Deo quid promitti, hincque de eius
validitate relaxatione & absolutione iudicem ecclesiasti-
cum cognoscere debere. SERAPHIM de priuil. iuram. pri-
uul. 67. Clarius id apparebit, si nonnullos adduxerim textus.
Inter hos notabilis est in c. 8. X. de iurei. quo ALEXANDR III.
sequentem in modum rescribit: *Duximus tibi responden-*
dendum, quod non est tutum, quemlibet contra iuramenta sua
venire, nisi tale sit, quod seruatum vergat in interitum salutis
eterne. Nec nos alicui dare materiam volumus, veniendi con-
tra iuramentum proprium, ne autores periurii videamur.
Verum aliquando in Rom. Ecclesia a pluribus pra nobis fa-
ctum esse recolimus, quod clerici, qui coacti ministerium abiu-
rarunt, de iuramento absolutionis beneficium meruerunt.
Sic etiam GREGORIUS VII. in c. 2. X. eod. Episcopum a iura-
mento, de non repetendis rebus ecclesiae vi extorto, absol-
uendum esse iudicat, Legi quoque meretur c. 15. eod. vbi, qui
inuiti pro vita & rebus seruandis fecerunt, a iuramenti ne-
sibus absolvendos dicit Papa CAELESTINVS III. in simul-
que consultius agi putat, quo materia deierandi facilius
euitetur, vt non iis ita expresse dicatur, vt iuramenta non
fer-

Fraudes pontificum.

ferent, sed si non attenderint ea, non ideo pro *mortali crimine* esse puniendos. Hoc ipso Pontifices nil aliud quaesiverunt, quam ut eo magis imperium suum stabilirent, & dominatum in ea, quæ ad conscientiam spectant, extenderent; in id vnice intenti, ut ad hunc scopum omnes doctrinas morales conformarent; quod eo faciliori opera facere poterant, cum eorum monopolium sibi vindicassent.

Relaxatio superuacua est.

DN. PRÆSES *l. c. p. 1297*. Nam quid opus hac relaxatione? Aut enim iuramenta vi metuque extorta obligationem post se trahunt, aut non. Si hoc, quid opus liberatione, ubi nil est, quod solui debeat? sin illud, quoniam iure eam relaxationem sibi vindicent Pontifices, non video. Nam aut illam habent a Deo potestatem, aut non: si non a Deo habent, quomodo conscientias reddent tranquillas? sin a Deo acceperunt, probent mandatum melius ac hædenu factum. Male enim hic allegatur illud Christi; *quicquid ligaueritis* &c. cuius dicti sensum prolixè exponit iam supra laudatus DN. PFAFFIVS *in orig. iur. eccl. c. 1. conf.* & I. S. STRYK. *in melet. iuram. mel. 3. c. 2*. Quibus præsups-

In foris tantum protestant. seruata.

positus omnem plane mortali iuramentorum relaxationem denegarem. Interim tamen certum est, hanc doctrinam iuris can. vti plura alia eiusdem farinae, in protestantium quoque foris esse receptam iuxta *ord. cam. p. 2. tit. 24. vid. MYNSING cent. 3. obs. 99. GAIL. l. O. 25. § 9*. hoc licet obseruato discrimine, ut, cum apud Pontificios ista relaxatio a *iudice ecclesiastico*, puta papa, aut, quibus id concessit, episcopis, *c. 3. X. de iudic.* (alios enim non admittit COVARRVV. apud DN. SCHWEDERVM in *iur. publ. p. sp. S. 1. c. 16. § 15*.) petenda sit, in terris protestantium a summo imperante. *R. 1. de A. 1654. §. 164. SCHWEDER l. c. add. DN. PRÆSES. l. c. p. 1003*, vbi simul rationem subnectit, cur apud protestantes hoc ius soli principi competere creditum fuit, cum rectius ad quemuis magistratum secularem id referendum esset. *p. 1298*. In imperio nostro, quando

im-

immediatus a iuramento est relaxandus, id facit imperator, aut camera imp. *vid. ord. Cam. l. c. R. l. novissimus §. 164.* add. MYNSINGER GAIL, SCHWEDER. *ll. cc.* Exemplum huius iuris a CAROLO V. exerciti in Mauritio electore Sax. & Ioachimo, Marchione Brand. *vid. apud. THVAN, l. 6. in fin. SLEIDAN. l. 19. BOECLER. notit. imp. l. 4. c. 1. FABRVM in der Europ. Staatz Cantz. p. 6. c. 8. p. 580. sqq. iunct. 622. 631.* vbi de IOSEPHO subditos Electoris Bavariae a iuramento subiectionis relaxante.

§. VI. Supra *cap. praec. §. 13.* dixi, eum cui per vim metumve aliquid extortum, iure civ. habere actionem *in rem scriptam* adversus quoscumque possessores competentem. Circa hanc rem pariter aliqualem deprehendo differentiam in iure Can. iuxta id enim singulare est, quod praedictores Eleemosynam a violentis detentoribus de ablatis bonis porrectam, restituere non teneantur iuxta *c. cum voluntate §. 4. de sentent. excommun.* Ratio haec est, quod eam voluntate dominorum accepisse praesumantur. Satis itaque haecenus demonstratum existimo, dari omnino differentias quasdam iuris Rom. & canonici circa exceptionem *metus iniusti.* Caeterum ad quod attinet, utrumque ius conspirare deprehendes. Sic namque & iure Pontificio, non alius ratione patientis approbatur metus, nisi *atrox*, id est, talis, qui in constantem cadere potest personam. Error itaque est Canonistarum, totam iuris tam civilis quam canonici compagem euertens, quando & *leviori metu* gesta invalida pronuncianda dicunt, & quoniam deficiat *civile remedium*, quo illa annullentur, implorandum censent officium iudicis ecclesiastici, quo ille in odium metum incutientis, imploranti succurrat. Haec doctrina est *WIESTNERI in Inst. iur. can. h. n. 27. COVARRUVIAE de sponsal. P. 2. c. 3. §. 4. n. 8.* aliorumque. Originem traxit iste error ex ea opinione, qua iudicis ecclesiastici officium in eo consistere putant, ut genera-

Tertia differentia iur. civ. & can. in hac materia

circa qualitatem metus utrumque ius conspirat.

Hinc erronea eorum sentent, qui levem metum iure canon. sufficere ad hanc except. putant, aut imploratio-ni off. iud. locum dant.

48 CAP. II. DE EXCEPTIONE METVS INIVSTI

neratim conscientis consulat, in simulque praecaueat, ne sub praetextu iuris peccatum committatur. *c. 19. de iudic. dn. PRAESES in iur. eccl. tit. de off. iud. §. 8. & hoc. §. 2.* Sed mirari conuenit, etiam inter protestantes, dum fontem huius sententiae, quae est *dilatatio fori ecclesiastici*, non penitus examinauerint, in caute antiquos ICROS, principis papalibus prorsus immerfos, & cum iure ciuili commiscentes, fuisse secutos, hoc licet obseruato discrimine, quod istam implorationem coram *iudice seculari* instituendam esse credant, cum pontificii ad *forum ecclesiasticum* illam restringunt. Dn. PRAESES *l. c.* ubi simul pluribus istam refellit sententiam, praxinque, quam BRUNNEM. *in parat. quod met. caus. qst. 15.* hac de re adstruere conatur, in dubium vocat cum B. STRYK in *U. M. b. in fin.* Et tantum sane abest, ut vllus iuris can. textus huic doctrinae fauens deprehendatur, ut potius eius conditores in hoc expresse secuti sint iuris ciuilis tradita. Quid enim clarius, quam quod in *c. 26. X. h.* disertis verbis desideretur *metus grauis, qui in constantes cadit iunct. c. 4. eod. c. 15. de spons.* ubi ob talem metum sponsalia rescindenda iudicauit papa Alexander III. in *c. 28. X. eod.* ubi, de illato metu, inquit pontifex, *est cum diligentia inquirendum, & si talis metus inueniatur illatus, qui potest cadere in CONSTANTEM virum.*, add. DN. PRAESES in *diff. de marrim. coacto c. 1. §. 24. p. 39. pr. conf. infra §. 8. in f.* ubi ANTH. MATTHAEI sententiam reieci.

§. VII. Pro iusto autem metu pariter ac ius ciuile iura Pontificum habent metum *mortis: c. 6. X. h. c. 1. eod.* ubi ex tali metu, qui religionem intrauit, ex ea iterum exeundi facultas conceditur; quamuis alias faciliores sunt Pontifices ad detrudendum in monasterium quam exinde liberandum. Porro metum *verberum ac cruciatum c. 16. de off. & pot. iud. deleg. c. 6. X. h.* nec non metum *amissionis patrimonii* vel omnium, vel maioris eius partis, *c. 2. h. conf. COVARRVV. de-*

despons. P. 2. c. 3. §. 4. Alb. GENTILIS l. 3. de nupt. c. 10. TREN-
 TACINO. tit. quod met. resol. 1. n. 3. Et haecenus circa de-
 finiendam qualitatem metus consentit Pontificium cum
 Rom. iure. Diuersum tamen quid statutum deprehen-
 dimus circa metum principis aut alterius potestate valentis.
 Hunc enim a iure ciuili non approbari supra c. praec. §. 8.
 audiuius. Bene vero a iure can. adeo vt ei aequipare-
 tur, qui in constantem hominem cadit. C. 23. quaeft. 1. c. 7. &
 C. 11. quaeft. 3. can. 89. ibi; Definitio iniusto regimeto aut ius-
 su, vel cuiuscunque episcopi aut potentis a iudicibus ordinata
 vel acta non valet. c. 4. X. h. c. 7. X. qui clerici. Sic pariter hoc
 iure defenditur, qui terrore laicorum electioni de se factae
 renunciauit. c. 3. h. Nec minus pro atroci, eoque, qui
 constantem alias virum vel foeminam percellere possit, ha-
 betur metus Anathematis vid. LORIO TVS ad l. 3. sq. de R. I.
 SEB. MEDICES de cal. fors. P. 1. quaeft. 7. n. 7. Licet enim
 ad poenam illud inuentum non sit, loquor cum Ill. Dn. GYND-
 LING. cit. diss. c. 4. §. 8. in fin. tamen omni poena humana in-
 terdum videtur terribilior; Eo enim fulmine tacti infamia
 laborant, non admittuntur ad magistratum; Amouentur &
 reiciuntur ab omni hominum consortio; Non ius durat con-
 nubii, sepultura, alimentis & vita denique ipsa habentur in-
 digni; Hinc spoliantur & rebus suis exuuntur, & exui etiam
 iubentur, quin capiuntur tandem & caeduntur, idque impu-
 ne; Nec occidens dicitur homicida, quamuis poenitentia in-
 iungatur eaque sat leuis. Ex quo luculenter arbitror con-
 stare, id fulmen non esse semper brutum, sed tali saepe
 vibrari impetu, vt constantissimus quisque eius frigore
 percellatur. conf. ANT. MATTHAEI de iure gladii c. 31. p.
 509. sq. vbi id graphice depingit. Dissentit tamen PANOR-
 MITANVS in c. pen. X. h. n. 6. eo quod iniusta excommu-
 nicatio non liget apud Deum, ideoque eius metus inno-
 centes percellere non debeat. Verum licet eiusmodi ex-
 communicatus non habeat, quod Dei metuat iram, effectus

Probatur ta-
 men iur. can.
 metus poten-
 tiae, hincque
 iterum differt
 a iure ciu.

porro metus
 laicorum.

Anathemat.

Dissentit Pa-
 normitanus.

cui respon-
 detur.

G

ta-

tamen, quos ab hominibus sentire debet, sat graues esse ad grauissimum in eo excitandum metum, quisque intelligit.

Excluditur
pariter me-
tus vanus,
qualis est re-
uerentialis.

§. VIII. Econtrario pariter vt ius ciuile reiecit ius can. metum *reuerentiae* eumque pro *vano* habet. Haud quicquam enim is ita mouet aut mouere debet homines alioqui constantes, & fortes, vt ideo voluntatis suae libertati frenum iniici patiantur, vid. supra *c. praec. §. 8.* cumque nullus textus istum reuerentialem metum approbet, per se patet, inanem esse quorundam doctrinam, qui sacerdotem metu & reuerentia Praefulis sui beneficio renunciantem, *officio iudicis* volunt restitui, *arg.* supra traditorum §. 6.

Limitatio.

Dicta tamen limitantur, metusque reuerentialis conuertitur in atrocem, ita vt exceptio contra eum locum inueniat, quando accedant ei vel minae, non ex ferio vultu aut verbis asperis diiudicandae, sed immanes moxque dandae executioni, vel, si per verbera aut vincula consensus extorqueatur; quorsum spectat, v. g. *c. u. X. de despons. impub.* vbi puellae minis parentum impuberi desponsatae liberam Papa VRBANVS III. facultatem concedit, alii se iungendi marito. Vt itaque approbare non possim ANT. MATTHAEI assertum, quo ius Pontificium interdum & *leuioris* metus habere rationem dicit, in *nuptiis & votis*; id quod probare conatur, ex *c. 17. X. de spons. & c. 6. X. de voto & voti red.* In neutro enim horum textuum ne verbum hac de re, ex quo illud vel per consequentiam concludi posset, deprehendi, oculus docet inspectio. add. Ill. DN. GYNDLING. *l. c. §. 9.* conf. tradita supra §. 6, vbi leuiorem metum plane reuici a iure can. probauit.

Notatur
Matthaei.

Poena me-
tam incurri-
entis.

§. IX. Pauca adhuc, priusquam & hoc concludam caput, addere lubet de poena eius, qui vi metuque iniecto quid sibi stipulatus fuit. Irrogata ea fuit diuersimodo de pro grauitate delicti; sic v. g. excommunicationis, su-
spe-

suspensionis aut interdicti absolutionem vel reuocationem
 vi extorquens propter istam violentiae adhibitionem ex-
 communicationis poenam incurrit. *cap. vii. h. in 610.* Modi
 tollendi vitium merus iidem iure can. sunt, qui iure ciu. modi tollen-
 tollendi vitium merus iidem iure can. sunt, qui iure ciu. di vitium
 vt ex sqq. textibus constabit. vid. c. 21. X. de spons. c. 6. X. merus,
 eod. c. 1. b. in f. c. 7. qui clerici vel vouent. c. 19. X. de despon-
 sat. impub. conf. CARPZ. *l. p. eccl. lib. 2. def. 29.* Dn. PRAE-
 SES in saepe laudata *diff. de matrim. coact. c. 1. §. 28.* vbila-
 te hac de re, iunct. §. sq.

CAPVT IV.

DE

EXCEPTIONE METVS INIV-
STI IN STATV NATVRALI

ET QVIDEM

EX IVRE PVBLICO VNIVERSALI.

§. I.

QVia haectenus de exceptione *merus iniusti* verba
 fecimus, quatenus illa in statu *ciuili* locum habeat, *Connexio*
 quamque ius priuatum illi dederit formam, *cum praec.*
 posuimus; iam quoque dispiciamus necesse est, qualis vi-
 tius illius sit in *statu naturali.*

§ II. Status naturalis *triplici* modo considerari pot- *Quid status*
 est. *PVFEND. de O. H. & C. l. 2. c. 1. § 2. sqq.* Nos hic eum *Nat. ?*
 intelligimus, quatenus opponitur *ciuili*, estque *conditio*
illorum, qui inter se sunt aequales, nec villo alio, nisi commu-
ni illo naturae humanae vinculo necluntur, hincque nullum a-
gnoscut iudicem seu superiorem, praeter Deum ac gladium,
ceu litium suarum decisorem. Dn. Dr. C. O. RECHENBERG
 Pa.

Patronus meus ac Praeceptor summopere colendus in *Inst. iur. N. L. 3. tit. 1. §. 5. PVFEND. l. c. §. 5.* & in peculiari *diff. de statu naturali hominum*, inserta eius *Anal. polit. s. dissertat. Acad. p. 582. sgg.* vbi simul exponit, quid sentiendum sit de B. IAC. THOMASI diuisione status civilis in *naturalem* & *legalem*, in singulari *differt.* Lipsiae ab eo defensa.

Quinam in eo vivant?

§. III. In hoc statu naturali vivunt homines, vel vt *singuli*, iique seu Rectores ciuitatum, seu ciues diuersarum Rerump. ad inuicem comparati, & iure priuato vniuersali seu communi naturali ac Gentium reguntur; Vel vt *societates maiores*, ipsaque ciuitatum corpora, quatenus vt *personae morales seu mysticae* considerantur, & iure publ. vniuersali continentur, in quantum illud comprehendit certa quaedam iura, quae Resp. sibi inuicem ex pacto debent.

Inter hos exceptioni metus post pactum extort. locus in thesi viderur.

(1)

(2)

§. IV. Vtroque modo, siue vt *singuli*, siue vt Resp. inter se agant, exceptioni *metus iniusti* post pactum extortum in *thesi* locus videtur 4. potissimum casibus. Scil. (1) si vis metusue adhibitus sit ad *prauam eliciendam vel imperandam actionem*. Equidem, quod ad liberas gentes ipsaque ciuitatum corpora attinet, vix ae ne vix quidem mihi persuasum, vllum in rerum monumentis consignatum legi exemplum, quo per pactum actio moraliter mala vi impetrata sit. Inter singulos autem, quin id frequenter contingat, non est dubitandum. Alter casus, qui nostrae exceptioni in *thesi* locum facere posse viderur, est, si quis, bono licet animo, *actionem alteri vitalem vi suadere*, conetur. Nam, vt hoc contra naturam consilii est, propiusque accedit imperio, quod tamen inter eos, qui in statu Nat. viuunt, plane exulat; ita talem conatum contra omnne ius esse, quis non intelligit? Vt adeo metum passus, extra periculum positus, recte promissum istud exceptione vis metusue elidat. Quamobrem nil dubito, quin

Ba-

Batavi ea recte vti poruissent, si foederati illud notissimum seculi nostri foedus, *quadruple-alliance* dictum (*) armis iis imperare voluissent. Quid enim aequitati magis foret contrarium, quam ad *foederis ictionem*, vtut illud ad vsum meum facere videatur, cogere me velle? Quodsi namque illud commodum in praesenti spernere potius, quam acquirere amem, quis alteri ius dedit, vt eius acquisitionem imperare mihi poterit? Si itaque tale quid fit inter gentes liberas, seu singulos in statu libertatis degentes, quid verat, quo minus recte hac exceptione promissor postea se defendat?

§. V. Porro (3) exceptionem merus iniussi in statu nat. *in thesi* admittendum existimarem, si vis merus adhibeatur *ab equali, bono licet animo, vbi alia longe mitiora supersint remedia, eaque tantum applicari debuissent*; quorsum refer, si bella intuitu *religionis christiana* propagandae suscipiantur. Valde enim dubito, quin illarum iustitia inuictis vnquam argumentis a quoquam probata sit, vel probari vnquam possit. Religionem namque *verbo, non ferro* propagandam esse supra c. 1. §. 6. *sqq.* pluribus fuit demonstratum. Vnde nunquam a me impetrare porui, vt iusta censerem bella, quibus CAROLVS M, quondam Saxones ad amplectenda Christianorum sacra cogere non dubitauit. EGINHARD *in vita Carolic.* 7. Tantum abest, vt probare possim crudelia illa *iudicia Westphalica*, quibus terrebantur, ne desertis iterum istis, ad prisicos conuerterent errores. conf. LEVIN V. AMBEER seu potius IMM. WEBER Prof. G 3 Gieß.

(*) Tenorem huius foederis Lond. 1718. d. 2. Aug. isti lege dans *Merc. Hist. & Polit. A. 1719. T. I. p. 165. seqq.* Historiam illius, qui penitus nosse auct, adeat scriptum sup. anno ex anglico gallice translatum sub tit. *La conduite de la cour de la Grande-Bretagne & d'Espagne.* Quod valde laudatur in *den neuen Zeitung, von gel. Sachb. 1719. p. 210. sq. conf. & Merc. Hist. l. c. p. 64. sqq.*

Giell. in *der teurſch Europ. Staats-Hiſt. p. m. 34. ſqq.* cui adde WERNER. ROLEVINC. in *antiq. Sax. P. 2. c. 6.* apud LEIBNITZ *T. 2. ſcriptor. Brunſv. p. 614.* SCHWEDER in *Jur. publ. P. ſp. Sect. 1. c. 4. §. 14. ſqq.* DN. D. C. G. HOFFMANNVS *de orig. & nat. LL. german. c. 2. Period. 4. §. 4. not. (c)* qui egregia, nec vbiuis obuia de his iudiciis affert, & quem primum laudare debet, Ill. DN. THOMAS in erudita *diff. de iudic. Weſtphal.* Alia quippe mens fuit Chriſti circa conuerſionem populorum. Miſit ille Apoſtolos, vt Euangelium illis annunciant, quod ſi accipere recuſarent, e finibus eorum, excuſſo pedibus puluere, excedere rurfus eos voluit. Hinc pariter a paucis approbari poſſe exiſtimo crudelitatem *Hiſpani*, quo, ſub finem *Sec. XV.* populos *Indiae Occidentalis* ſub hoc pretextu bello petiit, ſibi que magnam partem ſubiugauit, vid. autores a LIPENIO *Bibl. Philoſ. Voc. Ind. occid.* laudatos. Talia enim bella ne quaquam Deo placere, teſtimonium luculentum præbere poteſt funeſtus euentus expeditiones cruciatas, *Sec. XI.* decurrenſe primum coeptas, qui comitatus eſt, conf. de his omnino *LYD. MAMBOVBG. Hiſt. des croiffades Paris. 1682. 12. IV. Vol.* qui legi meretur. add. *G. MULLER D. de hoc argum. Norib. 1709.* & *REU. AD. RECHENB. D. de prima expeditione cruciata inter eius diff. Hiſt. polit. P. 2. D. 17.* alique. Rectius proinde faciunt ii, qui per Apoſtolos (hodie *Miſſionarios*) conuerſionem gentium ad Chriſtum tentant, quem admodum maximis quidem impenſis, ſed non ſine ſecundis ſucceſſibus in oris *Coromandelis*, ab A. 1705. fecit Potentiſſimus *Daniæ Rex*, purioris doctrinæ defenſor optimus. vid. *Epistoletas Miſſionariorum* anglice editas *Lond.* memoratas in *den. netten Zeitr. 1719. p. 526.*

(4) §. VI. Quartus caſus, qui exceptioni noſtræ in theſe locum facere videtur, eſt, quoties aut *ab æquali*, aut etiam *inferiori*, aut *ſuperiori* quandoque, (altero ſcil. in *ſtatu Nat. conſtituto*) *ius quoddam, cuius exigendi nullum plane compete-*

petebat ius, extorqueatur. Ad *Imam* speciem referrem secundum *AVGVSTINVM* latrocinia gentium, qua gens alteram inuadat, ac ab ea aliquid extorquet, nullo plane ad id iure munitus. Talia frequentissime quondam inter gentes deprehendebantur, apud quos naturalis luminis sanctimonia adeo euiluerat, vt ius a viribus & robore potentioris suspensum crederent, iuxta illud *ENNII*:

*Non ex iure manu confertum, sed mage ferro
Rem repetunt.*

conf. omnino egregiam *B. IAC. THOMASII* disp. de latrocinio gentium in gentes. *GROT. de ver. rel. Chr. lib. 2. §. 12.* Et quid erant pleraque *ALEXANDRI* bella, *MAGNI* licet nomen ipsi conciliarint, nisi latrocinia? Pro quo rectius illi tribueres titulum maximi omnium, qui sunt, qui fuerunt, & qui futuri fortasse sunt, *latronis*. Egregia sane hanc in rem est oratio a *Scytharum* oratore ad ipsum habita apud *CYRTIVM* lib. ni fallor 7. qua viuide iniustitia plus ultra tendendi exprimitur. Tales latrones quoque fuisse *BRENNVM*, *ANNIBALEM* *ATTILAMQVE*, quibus pro iustitia ensis fuit, putat *GROT. de I. B. & P. l. 2. c. 2. n. 3.* Vtinam vero hodie opus non esset illud repetere *LACTANTIUM*, quid bella aliud, nisi gentium latrocinia? Ad secundam speciem, qua ab inferiori, ab eo, qui in statu nat. est constitutus, præter ius quid extorquetur, pertinent rebelliones subditorum contra legitimum suum Principem. Pleni sunt illarum omnes annales, nullaque ferme inuenitur gens, quæ a motibus intestinis libera sit, vt adeo exempla non procul quærere necessum habeamus. Proxima secula illa suppeditant. Quem fugiunt factiones Guisiorum contra Principes regiae stirpis & Momoranci adherentes circa medium sec. XVI. in Gallia? vid. *THEVAN. lib. 24.* Quis nescit arma Anglorum superiori seculo contra *CAROLVM I.* sumta; vbi maxime dandandum puto, nefandum illud regicidium, hucque tra-

ben-

hentos versus illos STATI iam olim a THVANO l. 57. p. 1065. & l. 53. p. 1074. ad lanienam parisiensem applicatos.

*Excidat illa dies aeuo, nec postera credant
Secula, nos certe raeamus, & obruta multa
Nocte regi propriae patiamur crimina gentis.*

Vt adeo nec hic dubitandum sit, si in thesi rem consideres, quin contra omne ius & fas & sine rationabili causa extorta ab eiusmodi rebellibus promissa, postea periculo superato, recte vi exceptionis nostrae denegari possint. Ad tertiam speciem referas tyrannorum oppressiones, qualis fuit Regis Hisp. PHILIPPI II. ratione Belgarum, qui & ideo iugum istud durum excusserunt; apud Suecos quondam CHRISTIERNI II. qui ideo pariter se ab eo liberabant. Breuiter, si quid sine iure extortum est, exceptioni huic in thesi consideratae locum esse, manifestum videtur. Qua de re neruose GROTIVS l. 2. c. 17. §. 17. qui contractus, inquit, aut promissioni causam dedit dolo, vi aut metu iniusto, tenerur eum, quicum actum est, in integrum restituere, quia ille ius habuit, tum ne deciperetur, tum ne cogereetur; illud ex natura contractus, hoc ex naturali etiam libertate.

§. VII. Postquam itaque sufficienter demonstratum fuit, exceptionem metus iniusti in thesi omnino etiam in statu naturali locum inuenire, nunc ad istam progredior dispositionem, num haecenus tradita tuto in hyporhesi statuere liceat? Admodum vero dubito, quin in causis liberarum gentium haec exceptio sit admittenda. Nam etsi exceptio per se vera maneat, difficile tamen hic erit iudicatum, ubi illa valere possit, nec ne? qui enim certum indubitatum ac decisuum iudicium ferri poterit de iustitia vel iniustitia armorum? Quam diuersae ibi non occurrunt circumstantiae, quarum vel minima in moralibus variant rem? Cui autem has exacte perpendere omnes datum

Non vero
in hypothesi

quod probatur
(1) ex incertitudine,
vter belligerantium iustam vel iniustam habeat causam?

tum est? Vt adeo pro moraliter certo vix ac ne vix quidem determinari possit, causa incussi metus num iusta fuerit nec ne? *Et si enim victus persuasus sit*, verba sector Ill. DN. THOMASII, *de iustitia armorum suorum, moraliter tamen istud certum dicitur, quod & aliis possit ostendi, cum non esse & non apparere hic fere pro synonymis habeantur.* vid. I. I. D. l. 2. c. 7. §. 69. Et pone, hoc fieri posse, quis quæso de eo cognosceret? Num tu, qui metum te passum fuisse, præcendis? Facile vero ipse intelliges, eandem aduersario potestatem ius sibi in propria dicendi, pariter non posse denegari. Nihil enim æquitati naturali magis conueniens est, quam vt, quod mihi licere in alterum statuam, idem & ipsi contra me permittam. Nec vincens vnquam carebit prætextibus, aliquam iustitiæ speciem habentibus. Num forsitan *aliæ gentes*? Sed nec harum iudicium poterit esse omni sine contradictione. Quot enim causæ impedire nequeunt, vt illud aduersa pars, cuius in condemnationem id latum, reicere merito possit. Aut enim odium contra alteram partem, aut circumstantiarum ignorantia, & alia eiusmodi hoc iudicium inane reddent. Qua de re egregie Ill. DN. GVDNLING. cit. *diff. c. 2. §. 14.* Recte proinde *Massilienses* in causa caesaris & Pompeii dicebant, neque sui iudicii neque suarum esse virium discernere, vtra pars iustiozem haberet causam. SVETON. *in vita caes.* Multo minus vero in hisce liberarum gentium disceptationibus iudicium *privari* alicuius tuto admitti poterit. Quamuis enim ab illo ex circumstantiis, fortasse ipsi soli notis, aut aliunde iustitia vel iniustitia partium belligerantium cognosci queat; illud tamen manet *privatum iudicium*, quod litigantes nullo pacto obligare valet. Nec ii propterea cessabunt credere, se iustitiam causæ a suis habere partibus. Nemo enim iniuste se agere videri vult. *Suum quisque bellum sacrum, prædicat; hostes quisque suos, impios dicit; suam quisque causam*

sanctam nominat. In ore omnium sanctum piūque versatur, consilio, conatu, animo fecius agitur. Theologicæ & ICII venalem stylium propensione principum suorum accommodat. FORSTNER, *ad ann. Tacit. l. 1.* Unde in omnibus belli declarationibus (vulgo *Manifestes*) causas eius iustificas vides confarcinatas. Et quanto studio quandoque non conquiruntur rationes, quibus legentibus persuadere laborant principes, se iure optimo arma cepisse, pacisque alias amantissimos, vi quasi ab aduersario ad ea fuisse adductos? Quis itaque ex dictis non intelligit, quam impossibilis videatur exceptionis huius in *praxi applicatio*, quamuis in *thesi* verissimæ, vt hic omnino locum inueniat, quod de Cæsare & Pompeio quondam cecinit LVCANVS.

*Quis iustior inducit arma,
Stire nefas.*

§. VIII. Profecto plures dantur eiusmodi veritates, que *in se seu in abstracto* consideratæ omnino admittendæ videntur; in *concreto* vero seu *applicatione* minus vsui inferuientes apparent. Huc referri quodammodo possunt, quæ vulgo de reducenda religionum vnione disputantur, imprimis de pace inter duas *Protestantium* partes stabilienda. (Nam de vnione cum *Rom. ecclesia* ad vnum ferme omnes desperant, vtpote quæ potissimum in politico nititur interesse, de veritate e diuinis haurienda oraculis parum sollicita, conf. post adductos a Magn. DN. SCHWEDERO *D de Pac. Rel. constantia ac perpetuit. §. 23. sq.* BYRGOLD. *ad Inst. Pac. P. 2. D. 3 §. 4. sqq.*) Quoad illos vero plurimi in eo conuenerunt, istam vnionem esse tentandam, hincque tot habita inter eos vides colloquia, principum subnixâ autoritate, tot egregia a priuatis adducta consilia adhuc finem tendentia, quæ si acciperentur, ad pacem inter eos maximam affulgere spem, quisque facile videt, conf. fusius DN. SCHWEDER *l. c. & BYRGOLD. l. c. §. 6. sqq. & P. 2. D. 2. c.* Maxime

Dantur plures eius modi veritates, in thesi recte se habentes, in hypothesi vero vsui minus inferuientes. Exemplum de vnione religionum. Quæ in abstracto possibilis videtur.

Maxime vero nostrum seculum semper tulit viros inter eruditos magni nominis, huius concordiae fraternae qui desideria sua publice exposuerunt; inter quos duum viros illos nominare sufficiet, alterum, virum apud Tubingenfes in maxima dignitate Theologica eminentem, c. M. PFAFFIUM, alterum apud Geneuenses maxime celebrem, & ob insignem eruditionem, summamque moderationem theologicam apud exteros quoque notissimum I. A. TYRRETIUM, qui nouissime id fecerunt. Ab illo enim habemus duo scripta, quorum alterum prodiit Tub. 1719. 4. sub rubr. *die nöthige Glaubens einigkeit der protestantischen Kirchen, auch nach denen selbs beliebten principis der sogenannten Lutherischen und orthodoxen Lehrer*; alterum Ratisb. 1720. in 4. sub tit. *näherer Entwurf von der Vereinigung der Protestirenden Kirchen*. Vtrumque sine autoris nomine fuit editum. Hic autem in conspectum dedit collectionem plurium testimoniorum vtriusque partis, ad hanc concordiam promouendam quae singulariter faciunt. Inscríbítur ista collectio: *Nubes testium pro moderato & pacifico de rebus Theologicis iudicio, & instituenda inter Protestantes concordia, praemissa diss. de articulis fidei fundam. qua ad Protestantium pacem ac mutuam tolerantiam via sternitur. Gen. 1719. 4.* At quicquid sit de hac re in *thesi* optime se habente, quilibet, qui varias hominum inclinationes ac mentes non in praxi vero non item. facile intelligit, hanc Protestantium vnionem multis inuolutam esse in *hypothesi* impedimentis. Difficile vtrique est, tot homines, quorum consensus ad tam egregium opus perficiendum requireretur, in vnum esse conspiraturos, imprimis, cum Theologi circa hoc negotium maxime sunt audiendi? Quis autem nescit inter hos multos ita esse comparatos, vt nequidem in rebus adia phoris vel latum vnguem aduersae parti cedendum sibi esse persuasum habeant? quin imo propter incommodas

quasdam voces, inque compendia Theologica non receptas magnas contouerſiarum moueant turbas, litesque potius augeant quam imminuant, de quo ſuo iam tempore conqueſtus fuit ſt AVPTIVS, exclamans; *quis nos liberabit de riſoſa ac contentioſa Theologia?* Quamuis autem ex dictis rationibus non leuia adhuc ſuperanda ſint obſtacula, optandum nihilominus eſſet, vt laxiora indices inter eos charitas incrementa caperet, odiumque inter vtramque partem haſtenus quod in quibusdam locis fuit, pedetentim diminueretur. Quodſi vtrique memores ſubinde fuiſſent illius TERTVLLIANI, *Nos Chriſtiani ſumus, ſquorum characteriſmus eſt mutua dilectio, peculium patientia, vt ipſis etiam hoſtibus noſtris benefaciendi praecepta habeamus;* ſane catholici ex mutuis iſtis damnationibus, ſuperioribus factis temporibus, tam largam fructuum non collegiſſent ſegetem. Sed dabit Deus his quoque aliquando finem, qui quod nobis videtur variis & vix ſuperandis obſtructum impedimentis, in eum, quem optamus, ſtatum reducere poteſt.

Aliud exemplum de moralitate autocheirie.

§. IX. Porro in huiusmodi veritatum cenſum referrem, quod paſſim de *moralitate autocheirie* dicitur. Sunt namque, qui eam certo caſu licitam exiſtimant, ſcil. quando cuidam per lentos cruciatus vita eſt finienda, adeo, vt nulla mortem euadendi amplius ſpes ſuperſit; tunc enim illos cito citius finiendi caufa, permiſſum volunt, vt manus ſibi ipſi iniiciant. Et haſtenus non inepte tales philoſophari ſibi videntur. Nec enim credendum eſſe aiunt, Deum tale factum damnandum eſſe, cuius ſolius caufa primario vitam pro lubitu deponere homini non licet, cum ſi moriendum hac vice certo eſſet, parum referret, utrum aliquot horas citius infelix animam redderet. Equidem hanc ratiocinationem in medium relinquo, interim perſuaſiſſimum habeo, cum nemo *moralitertitudine*, quæ tamen hic neceſſaria videtur, expeditum habere queat, omnem plane de conſeruanda vita exulare ſpem, caſum eiufmodi fingi quidem, ſed vix exiſtere

tere posse. Quot enim occurrere non possunt circumstantiæ, quæ in ipso illo momento, quo morti proximus est, ab ea illum liberare valent? Euoluas rerum annales, & innumera tibi occurrent exempla, vbi mirabili quadam Numinis providentia mortis iam candidatis vita improvisis fuerit donata. Quæ cum ita sint, facile apparet, in thesi quidem talia proferri posse, in *hypothese* vèro omnem deficere applicationem.

§. X. Sic pariter, quod non foederato atque *iniuste* oppresso auxilium ab altero ferri queat, certissimi iuris est; Nouum exemplum. quis enim de hac veritate dubitaret, si eam in *thesi* consideres? Sed quis non videt, quantis in *hypothese* obnoxia sit scopulis. Quod si enim istud principium, prout facillime fieri potest, in abusum traheretur (quis autem de eo iudicabit inter gentes?) status certe naturalis non nisi status belli esset futurus, illaque tranquillitas, quæ quandoque in ea ad partium admodum tempus floret, penitus exularet. Nunquam vero hac ratione alterum inuadendi causa deesset. Quid enim frequentius foret, quam ut potentia præditi pro lubitu se in omnia ingererent bella, hoc probabili sub prætextu, licere ipsis alteri oppresso promiscue occurrere. Quid vero inde? Hoc videlicet, multa in iure naturali in *thesi* rectissime se se habere, quæ tamen ob inseparabilem & naturali consequentia propter corruptam hominum naturam inde fluentem abusum vix ac ne vix quidem statui possunt.

§. XI. Sed redeo ad propositum; Et cum supra §. 7. demonstravi, propter difficilem determinationem, quem penes belligerantium iustitia armorum sit vel in iustitia? in statu naturali exceptionem *metus iniusti* in decidendis gentium discepcionibus admitti nequiquam posse, breuibus Probatur porro exceptionem metus inter gentes admitti non adhuc persecutus sum, quæ incommoda, admissa hac exceptione, inde essent secutura. Perpetuæ enim sic inter gentes existerent turbæ, *nec vlla vnquam foret de vrbe aut exercitu dedendo compositio, nulla pacis transactio; quæ sub*

posse, quia
bella sic
nunquam
cessarent.

Sub isto titulo rumpi non posses, atque adeo tranquillitas publica turbaretur, recte concludente Scriptore Hispano, DID. SAAVEDRA acutissimi iudicii viro, in *Symb. polit.* 99. quomodo enim securus esse posses, quin hodie promissa cras vel quouis tempore iterum a debitore rescinderentur? Profecto bella bellis cumularentur, paxque ac tranquillitas inania essent vocabula. conf. GROT. *l. 3. c. 19. §. II.* Non finirentur certamina, nisi cum internectione alterius partis, eo quod non pro amico sed hoste perpetuo habendus mihi esset, quem pacem vix initam statim data occasione scio rupturum. Cum enim *iure belli* hostem tam diu prosequi liceat, donec hostis maneat, amicitia autem, quae ideo tantum offertur, ut interea spatium concedatur vires paulisper colligendi, vera amicitia non fit, sequitur, arma non prius deponendi ius habere victorem, donec totali tuo interitu securitatem suam procurasset. In hostem enim, quousque talis manet, omnia licita sunt. Quis autem tam sibi foret inimicus, ut ipse interitus sui existeret causa? Quo ipso turbulentissimus rerum futurus esset status, omnisque de pace spes evanesceret.

quod tamen
expedit ge-
neri hum.

§. XII. Iam vero expedit omnino generi humano, & ad eius conseruationem utique necessarium videtur, ut non tantum actus hostiles ad tempus suspendantur, sed & semina bellorum funditus extirpentur, id quod pacificationum verus finis est, vel esse debet. Apposite SENECA *Hercul. sur.* v. 361. *sqq.*

*Si aeterna semper odia mortales agant,
Nec coeptus unquam cedat ex animis furor,
Sed arma felix teneat, infelix paret,
Nihil relinquent bella; Tum vastis ager
Sgallebit aruis, subdita seclis face,
Altus sepultus obruet gentes cinis
Pacem reduci velle victori expedit
Victo necesse est.*

quo-

Quomodo autem pax reduci potest, si per istam exceptionem, non nisi ad arbitrium laesi liquidam, resiliendi a patris bellicis facultatem permittere velles? Frustra hic operis iniustitiam armorum. Eo ipso enim dum pactus es, ius, quod tu haecenus in re tua habebas, in aduersarium transfulisti, sicque effecisti, vt quod haecenus, nullo munus iure vel possedit, vel ad quod aspirauit, ab isto momento iure possideat, pariter, vt iure ciu. fit in transactionibus. Vti enim in iudiciis dubius rerum euentus grauem a lite discedendi praebet causam, hincque transactio quasi de re dubia ob timorem litis valet; ita etiam in bellis propter dubiam Martis aleam & armorum metum in ista pacta firma diiudicanda sunt seu iure seu iniuria bellum sit susceptum. Manet itaque hoc, cum inter gentes deficit iudex, lites earum dirimens, huiusque vicem *gladius* subit, necesse esse, vt in eo acquiescant, quod martis alea decidit. PVFEND. l. 3. c. 3. §. 1. in fin. Vehementer namque foret absurdum, in arenam descendere, inque armorum consentire decisionem, deinceps vero re ex voto non succedente, ac martis fortuna alteri, licet iniusto inuasori, victoriam decernente, de *vi iniusta* conqueri vel le. Euentum enim martis esse ancipitem pariter vt ludicium nemo non scit; si itaque huic rem tuam committere oportet, quo iure postea, re male gesta, multa de iniustitia victoris verba faceres? Non magis sic de iniuria tibi facta conqueri licet, quam si quis ex condicto in duello pugnans vulneratur, PVFEND. l. 3. c. 1. §. 7. adeo, vt qui hic succumbit, applicare sibi debeat illud PLAVTI *Amphit. act. 1. sc. 1. vt lubet, quod tibi lubet, fac, quoniam pugnus plus valet.* Et recte iterum SENECA; *Thebaid. v. 629.*

hinc concluditur, in decisione martis gentibus esse acquiescendum.

*Quodcumque Mars decernit, exaequat duos
Licet impares sint, gladius & spes & metus.
Sors coeca versat.*

Et

Et sane rei natura alium lites terminandi modum inter gentes non permittit. Nec minus contra admiffionem huius exceptionis inter liberaſ gentes vrgeri poſſe videtur, (cum tam infinita belli calamitas, e contrario vero tam ingentia pacis ſint commoda, vt vel iniuſtam pacem vtiliorem bello iuſtiſſimo cenſeat CICERO *l. 7. ep. 14. ad Attic. in ſm.*) non tam *vi metuque* compulſos, quam *(pon- te* potius ſua ex prudentiae rationibus commotos bellige- rantes de finiendo bello pacta inire exiſtimandos, hinc- que metum, ſi quis interuenerit, pro tali ſaltem, quae in integrum reſtitutioni locum faciat vel ipſa naturali ae- quitate ſuadente propter publicae tranquillitatis fauorem non eſſe habendum.

Rſp. ad prin-
cipia tradi-
tis haftenus
contraria.
quorum prin-
cipium negans
fidem haere-
ticis ſeruandam.
Pontificiis
commune,

non etiam
Muhamme-
danis,

§. XIII. Ex dictis manifeſto conſtare arbitror, erro-
nea omnino pacique ac tranquillitati publicae maxime
aduerſa eſſe illa principia, quibus, neglecto prorfus diſ-
crimine ſtatus nat. & ciuilib, ſtatuitur, *exceptionem noſtram*
in viroque aequae eſſe admittendam, fidemque pactis datam
quandoque reuocare licere. Inter haec principia famo-
ſiſſimum eſt illud *de fide haereticis vel diuerſae religionis ho-*
minibus non ſeruanda; dogma a plurimis in Romana ec-
cleſia aſſumptum, deſenſum, impium vere & ipſi princi-
pum ſaluti periculofum. Cum enim HENRICVS IV. a
perditiffimo illo RAVALLIACO ſaeculi ſuperioris anno 10.
eſſet occiſus (vid. *Memoires du Duc de Sully T. 2. p. 43.*
ſqq. LVDOLPH. Schau-Bühne ad h. A. p. 3 18.) Ieſuitae
eo proceſſiſſe dicuntur impudentiae, vt publicis ſermo-
nibus ſcriptisque proferre non dubitarint, *licere hoc cui-*
uis ſubdito, ſi Magiſtratus haereſeos labe eſſet infectus, te-
ſte van DISSINGAV *in der Information von der autonomia*
c. 3. p. 46. quin imo hoc factum *meritorium* credendum
eſſe tradunt WILH. ROSSAEVS, TH. BOZIVS aliique. Fal-
lit itaque PAUL. RICAUTVS, quod *Muhammedanos* quo-
que peruerſiſſimae huius doctrinae deſenſores facit, ad
Al-

Alcoranum eorum prouocans, per cuius LL. ipsis integrum esse dicit, foedera cum in fidelibus, adeoque iuxta eos cum haereticis inita, pro lubitu violare. *vid. de stat. Imp. Ottom. l. 1. p. 297.* Contrarium namque diferte in ipso Alcorano legi, rectius obseruat AVTOR *notarum in RICAVTVM*, ideoque inter ea, quae falso Muhammedanis imputantur, retulit ADR. RELANDVS *de relig. Muhammed. l. 2. p. 167.* Et quem fugit illud AMVRATHIS II. votum, cum A. 1444. ab VLADISLAVO I. Hung. ac Pol. rege, eoque Christiano, datam contra fidem apud Varnam, iussu EVGENII IV. Pontif. (*vid. orat. legati Pontificii perfidiam suadentem apud BONFINIUM Dec. 3. l. 6. p. 457.*) improuisus inuaderetur: (*vid. LEWENCLAW in Pandect. turcic.*) quod falsitatem illius imputationis luculenter arguit. Est quippe haec doctrina omnibus naturalis rationis regulis aduersa, ideoque ne quidem inter gentes vnquam probata. Refutatur ista doctrina & quidem (1) ex ratione naturali.

Rescindit namque omne socialitatis vinculum, omnemque contrahendi occasionem, vel offensos reconciliandi rationem penitus impedit; cum e contrario nulla res vehementius Resp. contineat, quam fides. Egregie hinc ARISTOT. I. *Rhet. 15. n. 38.* *Peraguntur, inquit, pleraque negotia & quae sponte sunt, pactis, ita, ut si istaec irrita reddantur, mutuum inter homines commercium tollatur. Quod si autem seruanda est fides, illa cuiusdam respectus, est seruanda. Non enim respicit promissa fides conditionem personae, cui promittitur, sed promittentis, cui competit id agere, quod probum virum decet, quicumque ille sit, quocumque agit; sufficit enim in contrahendo pacto ipsos aequae ac nosmet homines esse, nec ex humana societate expellendos, aut iure humanae naturae priuandos esse, licet aliter de Deo sentiant, bene monente DN. C. O. RECHENBERG. *Inst. iur. nat. l. 3. tit. 22. §. 5.* Id quod probe quoque obseruans Imp. CAROLVS V. datam in comitijs Wormatiensibus*

bus 1721. LVTHERO fidem, contra clamores clericorum, quibus erat stipatus, exactissime duxit seruandam. Notissima hac de re sunt illius verba, cedro omnino digna: *Weil D. Luther sich uf unser kaiserlich wort und versprochen gelaid hiehero begeben; als wollen wir in keinem weg gestatten, dass ihm das geringste leid zugefüget werde. Dam wenn schon Treu und Glauben von der gantzen welt vertrieben seyn solte, wil es sich doch gebühren, dass der selbe noch bei einem kaiser gefunden werde.* SLEIDAN, lib. 3. Nequaquam imitabatur leuitatem SIGISMVNDI, qui, conclamante turba in comitiis constantiensibus: AD IGNEM! AD IGNEM! datam IO. HVSSO eiusque socio HIERONYMO PRAGENSIS fidem turpiter frangere amavit, quam Rom. Praefulis cohorti quid denegare. conf. VAN DISSINGAV. l. c. c. 13. p. 282. sqq. vbi de Hussi morte ex Poggio teste oculari refert, quicquid ad eius defensionem dicat Laur. Drick. & IOANNES a ROYAS de *singul. iur. in fauorem fidei sing.* 63. Et sane cum inter diuersae religionis homines communio est non solum iuris nat. sed & ciuilis, cur inter eos humanae non intercederent obligationes? Ipse sacer *Codex* praebet exempla foederum pactorumque diuersae religionis inter homines factorum. Sic v. g. *Abraham* paciscitur cum *Abimelech*; eiusdem nominis Rex etiam cum *Isaac* foedus mutuo iurauit. Pariter *Iacobus* cum idololatrico *Labano* paciscitur, & totus *Israel.* populus cum *Gibeonitis.* In iisdem quoque sacris literis passim violentiones eiusmodi pactorum deprehendes punitas, luculentissimo indicio, Deo quam maxime placere datam indistincte seruare fidem. conf. VAN DISSINGAV. l. c. c. 3. in *fin.* add. LEHMANN. de *P. rel. lib. 3. c. 37. quaest. 12. p. 363. seq.* Nec sine prouidentia eius factum existimarem, quod modo de clade VLADISLAI apud Varnam memorauit. Quae cum ita sint, ipsi prudentiores Pontificii absurditatem dogmatis huius intelligentes, non potuerunt non illud de-

2) ex sacro
Cod.

3) ex ipsis
Pontificiorum
testimoniis.

18-

testari, licet in concil. Constantiensi art. 2. sess. 15. fuerit stabilitum. Egregie BODINVS de Rep. l. 5. c. 6. s. inquit, *fidem infideli & haeretico frangere fas est, dare nefas est; se vero fidem dare ius est, datam seruare oportet.* Et Cardinalis OSSATVS l. 3. ep. 87. p. 371. de foedere Gallorum Regis cum Regina Angliae inita, (vid. THVAN. l. 116. p. 753. cuius rupturam Papa CLEMENS IX. suavit,) ita; *Le Pape, dit-il, me dit, que le serment avoit été fait a un heretique, & que sa Majesté avoit fait un autre serment a Dieu & lui Pape.* Mox p. 376. subnectit iudicium hoc; *Vous voyés, comme, encore que le Pape aye l'ame bonne, neant moins la haine, qu'il porte aux heretiques, le transporte si avant, qu'il se laisse échapper du bouche, bien que sous le nom d'autrui, des maximes permissives & indignes de tout homme de bien.* Plerique quoque Moralistarum inter Pontificios hanc damnarunt doctrinam, vid. LAYMANN Theol. mor. l. 2. tr. 3. c. 12. n. 15. vbi expresse asserit, *nec per auctoritatem Pontificis solui posse pactum publicum quod cum haereticis iniere Catholici.* Alii integris contra absonam hanc doctrinam declamarunt scriptis. Sic pro fide haereticis seruanda pugnarunt HERIB. ROSWEIDVS, Loiolae discipulus, in pec. libello Mogunt. 1607. recus. Antw. 1610. 8. & ROB. SCHWEERTIVS Antw. 1609. 8. aduersus elenchum DAM. PLANCII, Spectant huc quoque tradita a NATAL. ALEXANDRO in bist. eccl. sec. XV. & XVI. diss. 7. T. 8. edit. in fol. p. 495. 599. ANT. ARNOLDO in opologia pro Catholicis contra AUCTOREM de la politique du clerge de France T. I. c. 22. p. 433. 599. EX Protestantibus illi se opposuerunt IAC. SCHVL. (4) Ex Protestantibus seruantiam feriunt. Aduocatus Lipsiens. in pec. tr. de fide haereticis seruanda, subiecta ipsius tractatui de praeludis iustitiae ac iuris 1660. edito, & PET. BARLIUS dans reponses aux questions d'un Provincial T. I. c. 9. sq. Egregie quoque hoc argumentum tractauit VERELMANNVS Prof. olim

Helmstad. in tr. *de iure quo homo homini obligatur. c. 7. §. II. sq.* ad quae lectorem remittimus.

Alterum, quo
contra fidem
rebellibus da-
tam exceptio
metus a non-
nullis statui-
tur.
Refutatur.

§. XIV. Porro nec approbanda erit illa nonnullorum doctrina, qua *rebellibus civibus fidem de impunitate* vel aliis quibusdam a civitatum Reëtoribus *datam, opposita dein exceptione metus, recte denegari posse* autumant. Vid. quae contra illum disseruit modo laudatus GRASWINCKELIVS. Nam licet nullus inficias eam, inferiori armis cogendi superiorem ius non facile competere. vid. fufius. GROT. *l. 1. c. 4.* ibique TESMAR. PVFEND. *l. 7. c. 8. §. 5. sqq.* Attamen cum rebelles plerumque iniuriam a Principe vel sibi vel Reip. factam praetexunt, difficilis vt plurimum est inquisitionis, vter litigantium maior habeat ius. Idque magis, quod saepius liquido non constet, quaenam Reip. sit forma; vtrum status sit pure Monarchicus, an modus saltem administrandi talis sit? qua de re imprimis disputatum fuit seculo superiori, in motibus Bohemicis ac Anglicis; vt itaque non semper sit evidens, vter ex belligerantibus in eiusmodi *civili bello* sit superior, vter inferior? Quis enim haec ad oculum demonstrabit? Quisnam iudex determinandus? Num Princeps, an perduelles qui dicuntur? Neuter sane. Nemini enim in propria causa iudicium ferre licet. Sed pone in confesso esse, Monarchiam obtinere in civitate; attamen non erit & tunc Principi grassandi licentia in vitam ac fortunas civium pro lubitu, adeo, vt nulla suboriri possit subiectis conquerendi causa de exactio-nibus immodicis, rapinis aliaque crudelitate a Principibus, absoluta potestate gaudentibus, quae exerceri vt plurimum solet. Nam aut data est illimitata potestas Principi a populo *sponte*; id tamen factum esse sub hac conditione, naturalis dicitur ratio, ne in odium ac oppressionem suam illa abuteretur, vti quondam CALIGVLA, optans, vt populo Rom. una esset cervix. SVETON. *in vita eius*

eius TACIT. *Ann. lib. 6.* Quis enim sponte sibi hostem pararet? Aut bello haec potestas fuit acquisita, & tunc hominibus se imperare memor esse debet, quos laedere sine causa ipsum naturae ius vetat. Grauius COLBERTVS: Si le sujet, dit il, est ainsi dans l'obligation d'une fidélité parfaite envers le Souverain, le souverain de son côté ne doit pas le traiter comme un esclave; Il ne faut le charger qu'à proportion des besoins de l'état; Autrement ou il succombe sous les poids, dont il l'accable, ou il regimbe contre l'épée, ainsi, qu'il arrive à ces chevaux, qu'on veut dompter tout d'un coup, sans les accoutumer insensiblement à la correction. Voyez son *testam. polit. ch. 5. fol. 250.* Quamuis autem iure destituantur subiecti, per vim saniorum sibi reddendi eiusmodi Dominum, competit tamen illis potestas, per preces, quid efficere queant, tentandi. Quod si vero, frustra omnibus dentatis, iustus dolor ad arma tandem conuolare suaferit, in modo ipsi peccasse dicendi sunt. At, quomodo res restituenda? Respondeo aut per vim in ordinem sunt redigendi, aut per pacta coniunctio eorum cum domino tentanda. Prius si succedat superiori, videat, quid de ipsis statuat; sin posterius, ipsa negotii natura ostendit, Regem rebellibus gratiam delicti facere, nec obtentu rebellionis semel remissae pacta irrita reddi, hacque exceptione annullari posse. PVFEND. *l. 8. c. 8. §. 2.* Aliter sane non video, quomodo, salua principum salute, sit statuendum. Quid enim fieret, si exceptioni nostrae hic locum concedere velles? Num putas, rebelles oblatam reconciliationem, pacisque factae restitutionem vnquam esse accepturos, si in fide danda tuto se confidere non posse scirent? Neutiquam. Potius securitati suae consulturi, eosque Principem suum persequerentur, donec ipsum penitus deleuissent, sicque tragoedia Anglicana saepius ludetur. Iam, vero ab amentia parum alienus videretur, qui

in tale periculi genus, contra omne ius, quod sibi debet, se ipsum conicere vellet. Quid enim ex non seruata subiectis fide prouenerit mali, testantur Hispaniae, Galliae, Pannoniae, Angliae aliarumque gentium monumenta. Frustra hic obuertis, Principem tamen habere ius rebelles puniendi subditos. In promptu enim est responsio, habere quidem illud ius, si *per vim* eos ad officium redegerit; non vero, si semel concessa impunitate, iniuriam sibi illatam remiserit, ac totalem promiserit amnestiam, quam promissionem si post arma a subditis deposita frangere non dubitaret, scelus scelere rependeret, eoque ipso efficeret, ut parum in simili casu ipsi confiderent. Quamobrem approbare neuiquam possum CAROLI, Ducis Burgundiae factum cum *Gandauensibus*. Hi enim, cum scriptos ipsi offerent articulos, quibus omnia ab ipso reposcebant ablata per bellum a Patre, interque alia, ut singula opificum ciuitatis collegia sua haberent vexilla, uti consueuerant, quorum summa 72. faciebat; metu periculi praesentis assensus est postulatis, & priuilegia, quae uellent, dedit, ne, cum in Leodios moueret, hostem domesticum a tergo relinqueret, & ita distraheretur viribus. Verum constituerat apud animum, si victor reuerteretur, optimis remediis eos ad sanitatem redacturum, quod etiam euentus approbavit vid. *COMIN. l. 2. c. 5. f. 106. sq.* Enimvero cum semel fidem dederat, aut seruanda ipsis, aut plane non danda fuisset, potiusque eo laborandum, ut vi eos in ordinem redegerit. Ut itaque male potius quam bene Principibus consuluisse LIPSIVM dicerem, ita *lib. 6. c. 4. polit. n. 39. sq.* Principem suum alloquentem. *Da uerba, quoniam uerba apud eos plurimum ualeant; offer blanda, imo ambigue promitte; quid refert, facile. mox irrita facies quae per seditionem expresserint.* Recte proin refutatus est a commentatoribus ad eum THOMSONO & LOCCE-
NIQ

NIO. Eadem cum Lipsio Philofophia est BOXHORNII
in *Instit. polit. l. 1. c. 17. §. 19.*

§. XV. Dicis: cur itaque MARIA Scotiae Regina, Secd quid de exemplo Mariae Scotiae Reg. habendum, quae fidem ita frequent? filioloque regnum eiorare ab aduersa factione coacta, IACOBO vix 13. nato menses illud cedere, TROC-MORTONVS Elisabetae legatus, aliique eius Aduocati ab hac promissione, absolueri potuerint, ab dicationemque istam ex capite *vis metusque* irritam declarare? Regero: specialissimus hic est casus, propterque circumstantias eum concomitantes ad quaestionem nostram ingenere propositam minus applicabilis. Nam, Regina hanc cessionem in praesentissimo, ni consentiret, vitae constituta periculo fecerat. Detenta quippe erat carcere in arce, quae est in Lacu Leuino, sicque furori hostium exposita, qui metus in sententia declaratoria vnanimi consensu omnium Scotiae nobilium tanquam iustus & ad annullandam cessionem extortam aptus fuit iudicatus, postquam Regina confirmasset iuramento, se vi ac praesentaneo mortis periculo cessionem propositae subscripsisse. Labet hac de re apponere verba RHVANI *lib. 42. hist. pr. Rogatis*; inquit, *Roberti Meluini aliorumque testimonis, & prolata ex consilio Nic. Trocmortoni, Anglici Legati facta protestatione, magno Procerum ac nobilium, qui adierant, consensu cessio a Regina in carcere facta, tanquam metu, qui in constantissimum quemque cadere possit, extorta, nulla ac irrita declarata est, eaque de re confectum publicum instrumentum Reginae iureiurando firmatum.* Et CAMDENVS scriptor Anglicus ad A. 1567. ita haecce refert: *Illae Reginae Angliae per Trocmortonum significauit, se coactam cessione & cessionis instrumento subscripsisse, ex consilio Trocmortoni, qui persuaserat, cessionem in carcere, qui iustus est metus, extortam plane esse irritam.* IDEM ad A. 1568. *Lata, inquit, est sententia declaratoria vnanimi consensu omnium nobilium, qui frequentes conuenerant, cessionem a Regina in carcere metu extortam,*

ab

ab initio nullam fuisse. Cui rationi, qua Maria defensa fuit, addi posse & hanc existimarem, scilicet ideo reginam ex hac promissione obligari non potuisse, quod regno eo ipso plane fuerat exuta. Nam, si quod ius cogendi eam Scotis competuisse dicendum esset, id tamen ulterius extendi nequit, quam ut regina iura ac privilegia, quibus fortasse gausi sunt, servaret intacta, ne utique vero, ut regno se abdicaret. Quis enim tam effrenem subiectorum licentiam putabit ferendam? Ad hoc namque si indistincte extenderemus illorum ius, admodum intuta forent Principum solia. Facere quoque huc viderur, quod, licet iuste haec cessio fuisset extorta, illa tamen postea publice a plerisque regni Proceribus fuerit improbata, adeoque quasi postliminio ad regnum Mariam iterum fuisse reuersam dicendum erit. Paucorum enim dissensus hic nil valet.

Quae pacta
eiusmodi
quandoque
rescindere
possunt.
Exempla
alia.

§. XVI. Ex dictis patet, posse quandoque in eiusmodi causis singulares quasdam occurrere circumstantias, ob quas pacta talia, alias valida, rescindi ipsa suadeat aequitas naturalis. Tales pariter obuenisse in pacione MAXIMILIANI I. Regis Rom. cum seditionis Flandriae, constat rerum illarum gnaris, (historiam lege apud STRUVIUM in S. H. G. Diss. 30. §. 57.) hincque eam merito in solenni procerum Imp. iudicio sub examine reuocandam ac pro re nata de illa iudicandum censuit Pater ipsius FRIDERICVS III. Imp. vid. SIGISM. A BIRCKEN *Oestereich, Ehren Spiegel* l. 5. c. 38. ad A. 1488. Sic quoque nuper admodum superiori anno Augustissimus Imperator pacta cum rebellibus *Bruxellenibus* a Praefecto Comite DE PRIE inita rescindenda postea iudicauit. vid. *Merc. Hist. & Polit. de dicto A.*

(III) Quo
tyranni iu-
gum, semel
viser admis-

§. XVII. Cum itaque fidei per pacta datae tanta vbique habenda sit ratio, facile liquet, quid sentiendum sit de illa doctrina, qua statuitur, *Tyranni iugum, pacione semel licet admissum, commoda tamen occasione enata isorum excuti iure meritoque posse, exceptionique metus iniusti hic pariter locum esse*

esse concedendum. Nam licet ille iniustus imperii sit inuasor, sum excuti
 vrpote qui neque haereditate, neque electione, si regnum posse vi ex-
 rectore orbatum, neque villo iusto titulo, sed sola vi illud ceptionis
 occupavit; (hoc enim sensu vocabulum *tyranni* hic accipi, nostrae sta-
 quisque intelligit) populusque ita plerumque de priuilegiis tuitur pari-
 suis ac iuribus non nihil amittere soleat; cum tamen con- ter refelli-
 sensu suo illius imperium, quamuis inuitus, confirmauit, tur.
 non sine iniuria istum pro lubitu retrahere posse, obsequium-
 que iterum denegare, omnino dicendum erit. Nam & vo-
 luntas, quae minus malum metu maioris libere eligit, etiam
 est voluntas. Cum itaque minus malum, obsequium nimi-
 rum, eligere maluerit, quam grauiora, quae *iure belli* inua-
 sor inferre ipsi poterat, expectare, fides semel data vtique est
 seruanda, vitiumque inuasoris ita purgatur. Si enim illam
 fallere integrum esset, non minus homini iure belli in serui-
 tutem redacto dominum suum deserere liceret; par nam-
 que est ratio. At vero *ista civilis seruitus adeo naturali li-*
bertati neuiquam repugnat, quod quidam volunt, vt licet
quis euitando maiori malo in eam consentire nec. ssum habue-
rit, postea per occasionem, ipsa natura ius ad id dant, eam ex-
cutere iterum queat. PVFEND. lib. 7 c. 8. §. 6. in fin. Bellie-
 nim aleae & hic, deficiente alio iudice, aliquid dandum, ad-
 eo, vt ius per illud acquisitum per vim non magis eripere
 Principi possit populus, quam emtor rem ex contractu tra-
 ditam, et si postea venditor contractum e re sua non fuisse
 deprehenderit. Quae cum ita sint, facile quisque intelligit,
 quam turpis ac nefaria fuerit caedes IVLII CAESARIS, li-
 cet ille per vim ac iniuriam absolutum imperium sibi acqui-
 sisset. Quod enim apud CICERONEM ad eam vel defen-
 dendam vel excusandam legitur, in eo magis illum *Oratorem*
 quam *Philosophum* egisse crederem. Rectius de ea disserit
 DION. lib. 44. in principio. Nam Romani non solum *sim-*
plici passione se ei obstrinxerant, sed & infimul illam *iure in-*
raudo confirmauerant. SVETON. in vit. caes. Profecto si
 K hoc

hoc licitum esset, optimo iure multi eius successores deserere potuissent, cum partim vi aperta, partim astutia, ad imperatorium ascenderint solum. Sed cum antiquo iure suo cessasset S. P. Q. R. adeoque imperium Caesarum consensu suo stabilisset, recte illis obediendum esse vult PAVLVs ad Rom. XIII. Et cui ignota sunt illa Saluatoris verba; *Dare Caesaris, quae sunt Caesaris*, quibus luculenter significare voluisse videtur, eos, iniuria quamvis ad imperium admos, cum tamen semel in id esset consensum, etiam in illo defendi debere. conf. omnino circa hoc argumentum ROB. SANDERSONII, doctissimi Angli, *iudicium de submissione vsurpatorum imperio debita* Lond, 1678. anglico idiomate editum.

Nec (IV)
contra pacta
in carcere
extorta no-
stra exceptio
in stat. Nat.
recte oppo-
nitur.

§. XVIII. Progredior ad refellendam istam nonnullorum doctrinam, quae exceptioni nostrae in statu nat. locum omnino facit, quoties *pacificatio a victo in carcere detentis fueris expressa*. Nam supra §. 7. iam fuit monitum, inter liberas gentes praecise ac distincte determinari non posse vter belligerantium iustas ac iniustas habeat causas; qui itaque certo demonstrari potest, iuste detineatur custodia, an iniuste, dum quaestio ista praeiudicialis nondum ad liquidum fuerit deducta? Porro cum ob defectum iudicis, controversias qui deciderit, gentes liberae eas armorum decisioni submittere necesse habebant, per se patet, illas in quemcunque, dum illa capiunt, consentire belli euentum, ac per consequens etiam in carcerem. Habent namque se bella instar *iudiciorum*, & vti sententiae iudicis tribuitur effectus *rei iudicatae*, quae pro veritate accipitur, etiam si naturalis in debitore absoluto obligationem non extinguat; *l. 60. de cond. indeb.* ita quoque bellum circa disquisitionem *de interna iustitia* ex communi gentium consensu pro vnico licet, alias nunquam cessaturas, terminandi remedio habetur. Quod si itaque martis alea alteri licet iniuste belligeranti victoriam decernat, alterumque eo redigat, vt captus pacem

pacem, qualem victor praescribit, accipere e re sua ducatur, quatenam, quaequo, causa subesse potest, vt ab illa magis reflire se posse credat, quam priuatus quisquam a re iudicata? Id quod eo verius, quia ipse Deus, cuius prouidentia & victorias regit, te in talem voluit redigi statum, cuius voluntati repugnare sine crimine non licet. Vide de hoc themate fusius & erudite admodum agentem Per-illustrem L. B. de DANCKELMANN in dissert. anno 1718, habita *de pactis & mandatis principis captiui*.

§. XIX. Quibus ita praemisissis haud erit difficile iudicare de exemplis in rerum annalibus quae prostant, vbi pacta sub praetextu *merus iniusti* fuerint violata. Quem fugit foedissimum illud pacifragium FRANCISCI I. Galliarum Regis, quod dimissus e custodia, qua post cladem prope Ticinum 1525, acceptam, Madriti a CAROLO V. detinebatur, committere non dubitauit. Examinemus illud, rationumque levitates ad oculum patebunt. Scilicet negabat FRANCISCVS promissis stare se obligari, quod in carcere, adeoque coactus, illa fecisset. Iam vero nil consensui magis esse contrarium, quam vim ac metum. Vid. qui eandem pro excusando Rege afferunt rationem BLONDELLVS *praef. a-polog.* GVICCIARDIN. *Hist. Ital. lib. 17.* quo etiam collineant tradita a MACHIAVELLO de *Rep. l. 3. c. 42. l. c. 18. de Princip.* ad quae tamen legi merentur CONRINGII *animad- uersiones p. 166. sq.* Verum enim vero illud est *ἡγήσθη* *ἢ ἔπεισθη*. Qui is enim probari poterat, bellum a CAROLO V. gestum fuisse iniustum, ac per consequens etiam eius detentionem? Supra enim §. 7. ostensum fuit, quam difficile de iustitia ac iniustitia armorum inter gentes iudicium sit ferendum. Mirum itaque, eiusmodi quid proferri, quo quidem vulgo imponere licet, peritioribus non aequae. Cum enim armorum decisioni licet cum Caesare FRANCISCVS submisisset, in quem unquam euentum eum consensisse quis non intelligit? Cur itaque postea de metu conqueritur? Non minus

Sequuntur
exempla vio-
latarum pa-
tionum sub
merus iniu-
sti obtentu.
Francisci I.
Examinatur
Ratio (1)
Francisci
pro defensio-
ne illius pa-
cifragii.

Resp.

Ratio 2.

K 2

fri-

Resp.

frivolae erant querelae de duro carcere, quemque effugien-
di propositis vt subscriberet conditionibus, permotum se a-
iebat. Nam praeterquam quod contrarium legas apud i-
psum BELICARIVM, scriptorem Gallum, *lib. 18. comm. rer. gall. p. 562. add. A. 1525. ac GVICCIARDIN. l. 16. p. 560.* affir-
mantes, eum iusto stipatum praesidio, quoties iuberit, Mu-
lae insidentem arce Madritia egredi potuisse; frustra tamen
ita rupta excusatur fides. Pone squalidissimo, eoque
vilioris alias conditionis homines custodiuntur, fuisse con-
clusum Regem; num ideo habebat, quod iure con-
queretur? Quomodo enim hostis, hostili animo nondum
deposito, quodam quasi iure exposcere recte potest, quae
vix conceduntur amicis? conf. ILL. DN. GVNDLINGIVS
cit. diss. de efficien. metus &c. c. 2. §. 24. Nam respectus di-
gnitatis, qua Franciscus eminebat, tantummodo inter
suos aliquid valoris habebat, non inter gentes, inter quas nul-
la obtinet personarum dignitas, vti in ciuitatibus; adeo, vt
FRANCISCVM ne quidem iure conqueri potuisse existima-
rem, si, vt vilissimus miles captus fuisset habitus, aut etiam
durior; cum ab eo obtentio pacis atque tranquillitatis, ob
cuius reductionem bella geruntur, multum dependeret.

Ratio 3.

§. XX. Frustra prouocabatur ad Christianorum le-
ges, quasi hae non permitterent, bello captos custodia deti-
neri. GVICCIARDIN. *l. 17. p. 622. add. AVTOREM scripti a-*
pud GOLDAST. *Polit. Imp. p. 863.* Vbi enim hac de re vllum
in sacris π . vestigium? Si vero Christianis bella gerere ac ar-
mis arma propulsare nusquam est prohibeum, quemadmo-
dum ex dicto *Matth. V, 39.* falso statueret placuit BAELIO, (*)
quis

Resp.

(*) Dans continuation des pensées sur les comètes T. 2. p. 596. sqq. refu-
tatur a IAC. BERNHARDO dans ses Nouvelles de la Rep. de
lett. 1705. T. I. p. 320. sq. WILH. NICHOLS in religione Prin-
cipis. GODE. OLEARIO Theol. quondam Lipsiensis in egra-
gio scripto. *Iesus der wahre Messias.* Porro ad retundendam Bae-
lii Sentent, spectant tradita fufius a GRO T. *l. 1. c. 2.* itemque a
109

quis ipsis integrum non esse diceret, hostium capita seu Principes in potestatem redactos tradere carceri, eosque longioris captiuitatis imagine terrere, vt, quod sine cruenta sanguinis humani effusione obtineri nequit, obtineatur pactionibus eorum, qui carceris taedio lassati tandem de pace magis serio cogitant. Dn. GVNDLING. *l. c. §. 20. inf.* Adde, ex sacris literis locum *1. Cor. VII. 21.* & imprimis *2. Petr. II. 19.* vbi expresse asserit Apostolus, *seruū fieri eius a quo victus est.* Quamuis autem seruitus *privata* inter Christianos moribus fuerit sublata, mansit tamen consuetudo captos bello custodiendi, donec persolutum sit pretium. GRO T. *l. 3. c. 7. §. ult.* add. TEXTOR *Syn. Iur. Gent. c. 18. n. 54.* & DD. ad *ut. r. de stat. hom.* Mea proinde facio illa COVARRVIAE de *marim. P. 2. c. 3. §. 4. n. 21.* Captum, inquit, in bello iusto pro sua redemtionem honestum & moderatum pretium promittentem, non eximi ab obligatione ob eam causam, quod metu CAPTIVITATIS dicat se pretium commississe. Nam timorem captiuitatis fuisse iustum nec illatum ad promissionem, sed ex promissione timorem quem aliunde habuerit, ablatum esse. Quae & recte ad Franciscum applicantur ab ALB. GENTILI de *I. B. l. b. 3. c. 14.* & TEXTOR. *l. c. §. 56.* Mirum autem, dum captos facere christianorum repugnare legibus, existimauit FRANCISCVS, illum ad bellum prouolasse, hocque modo licem cum Caesare terminari voluisse. Et dubito sane, quin, si conuersis rebus CAROLVM cepisset, custodiam eas illicitam credidisset. Tam faciles sumus ad improbandas aliorum actiones & ad laudandas easdem, quoties nostrum inde dependet commodum.

K 3

§. XXI.

IO. BARBEYRAC. dans le *traicté du jeu*, vbi probat a religione Christ. nihil praecipere, quod Iuri N. sit contrarium. conf. & HENR. HAMMOND. de *rationabilitate vel. Christi.* anglice primum edita dein germ. versū, & Venerandus Hospes meus Dn. AD. RECHENBERG. in *Dist. de concordia Imp. civil. & Christianismi §. 23. sqq.* inter eius *Dissertat. Hist. Polit. p. 451. sqq.* add. & I. E. BVDDI de *concordia relig. Christi. statusque civilis.* Halae 1712.

Ratio 4.

§. XXI. Sed videbatur aliquam prae se ferre *speciem* illud argumentum regis, quo se sui fuisse iuris negabat, adeoque sine autoritate & consensu populi valide contrahere non potuisse. Quae ratione & GROTIUS Franciscum defendere voluisse constat ex *eius lib. 1. c. 3. §. 1. & 1. 3. c. 2. §. 2.* ibique HENNINGES. itemq; GVICCIARD. *lib. 16. & 18.* cum quorum traditis conveniunt sequentia AVTORIS *des discours merveilleux de Catherine de Medicis p. 125. Les Rois, dit-il, lorsqu'ils sont prisonniers, ne peuvent rien faire d'autant, qu'on presume toujours, que leurs voloncés est captivée, avec leur personne &c.* ubi exemplis dicta comprobatur. Pari ratione Franciscum defendere allaboravit BODINVS *de Rep. l. 5. c. 7. p. 931.* BELCAR. *l. 18. p. 573.* BACHOV. *ad Treutl. V. I. D. 6 §. 7. lit. A.* DAV. BLONDEL. *in praef. apol. conf. & CHASSANAEVM de gloria mundi P. V. confid. 89.* At vero, licet nequaquam inficias eam, ubi populi consensus ad validitatem actus alicuius, tanquam necessarium requisitum, ac causa sine qua non, exigitur, sine eius adhibitione legitima nil fieri; unde erat, quod populus Rom. pacem a Manlio ni fallor cum Carthaginensibus factam ratam habere nollet, ducemque illis vincitum traderet. VELLEI. *l. 2.* Nam *in iussu populi nego*, inquit POSTHVM. apud LIVIVM, *quicquam sanciri posse, quod populum tenet.* Attamen & hoc argumentum praeter rem hic fuisse adductum, palam est. Quamvis enim Parlamentum, quo totus Galliarum populus tum repraesentabatur, expresse in hac Regis pacificationem non consensisset, permittendo tamen, ut armis inuaderet caesarem, tacite etiam probasse dicendum erit, ut, forte ita iubente, pacem qualemcumque, metu licet adactus, faceret. Quem tacitum consensum ex eo quoque elici posse, arbitror, quod Galli, non impediunt, quod facere illis convenisset, si Regis tanquam civilliter mortui actibus nolissent obligari, iuxta

xta illud; qui tacet, consentire videtur. Accedit, quod maxime ad elidendum hoc argumentum facit, Franciscum accepta sacra Eucharistia iurato promississe, se, si rationabiliter a regni ordinibus impetrare non posset, NB. in Caroli potestatem, ubicunque terrarum esset, rediturum, conf. qui pacificationis condiciones exhibent, HEVERTVS *rer. Austr. l. 9. c. 4.* SLEIDANVS *lib. 6. p. 146.* BELCAR. *l. 18. p. 569.* GVICCIARD. *l. 16. p. 610.* THVAN. *l. 1. p. 17.* add. *historia captivitatis Francisci I.* haud ita pridem edita autoribus PRVDENT. DE SANDOYAL & LVD. DE CARRERA ex hisp. lat. translata. Mediol. 1715. 8. *lib. 3. §. 4.* VARILLAS. *Hist. de François I. T. 2.* alique, vt adeo pro foedissima Regeque indignissima ruptura merito haberi debeat. At vero, respondet BACHOV. *l. c.* & hoc fortasse sapit iniquitatem, magnos principes perpetuo carceri mancipare, imprimis inter christianos Principes. Sed non video, cur id non aequè christianis liceret principibus ac gentilibus, cum, vt iam monui, bella ipsi neutiquam sint prohibita, ac per consequens nec eorum effectus, custodia licet longissima, dummodo ea intendatur pacis reductio. Alii dicunt, praecedere iuramentum Rhemis a rege in vñctione praefitum, ne quid de regno alienaret, ideoque illud posteriori iuramento tollere eum non potuisse. Sed respondeo, hoc iuramentum illum non prohibebat, redire in carcerem, quod Carolo promiserat.

§. XXII. Denique neutiquam toleranda videtur ista Francisci philosophia, qua, datis obsidibus, a promissa fide se liberatum existimabat, hoc argumentum contra GRANVELLAM legatum caesareum vrgens. Nam quotusquisque nescit, illos pariter, vt fideiussores ac pignora in maiorem pactis accedere securitatem, illa autem nequaquam tollere. Quomodo enim accesorium principalem euertere obligationem potest? vid. DD. *fufius ad*

§. 1.

Ratio 5.

Rsp.

iii. de fidei. itemque de pignor. Vt merito mirer, magnum alias virum, BODINVM, & hoc vrgere argumentum non dubitasse. Caeterum non nego, tutius multo fecisse Carolum, si ante FRANCISCVM non liberasset, quam a Parlamento sibi promissa subscribi passus fuisset. At, qui Caesar, fidei semper obseruantissimus, tantas fraudes vel coniectura percipere poterat? imprimis, cum *iterata promissione* priorem, Madritio iam profectus, ad crucem in

Francisci iterata promissio Madritio iam profecti.

via obuam corroborasset, Carolumque eo securiorem reddidisset. Notabilis hac de re est narratio ALPH. VILLOAE, scriptoris Hispani *in vita Caroli V. l. 2. f. 71.* cuius verba apponere lubet, ex WERLHOFIO, qui ea exhibet in *cit. diss. de pactis liber. gent. §. 25. Rispose il Re Francesco, che egli haueua sermissima voluntà di conseruar inuiolabilmente quella pace, & amicitia tra loro facta, & che attenderebbe realmente aquel che haueua promesso in Madrid senza alcun fallo, & così il giuro dauanti vn croce, che trouarono per la via.* Et al^o hora Imperadore replicando disse; *Il medesimo vi prometto & giuro io, desserui buon fratello & amico & d'attendervi, a quante per mia parte vi è stato promesso; Et dall' altro canto vi dico, ch'io vi riputarò buomo vile & indegno Principe, se non m' attenderete a quelle m' hauete promesso.* Et con questo abbracciandosi strettissime, tolsero comiato l' vn dall' altro. Add. *hist. captiuit. lib. 3. p. 178.*

Propositum eius fallendi caesarem.

Dubium itaque non est, quin, si vel maxime hanc cautionem adhibuisset caesar, FRANCISCVS tamen aliis sub praetextibus fidem frangere quaesiuisset. Ex omnibus enim circumstantiis clare apparet, cum data opera CAROLVM fallere voluisse. Sic namque priusquam subscriberet propositis conditionibus, coram Notario & testibus clanculum *protestatus* est, se quicquid agat, non nisi coactum agere, ideoque nullius fore effectus. vid. istam protestationem in *recueil des traités de Paix T. 2. p. 107.* ibique *praetul.* Vt tamen haberet, quod diceret pacifragus rex

rex has rationes a SELVA, supremæ Gallorum curiæ Præfide, communicatas, adducere ipsi placuit, quorum ipsos cordatiores Gallos pudet. Grauitèr BODINVS *de Rep. l. c. p. 931.* *Miror ego, inquit, non erubuisse, Principem tanti Senatus, quo nullus toto terrarum orbe est illustrior, non modo, iuris fecialis imperitum hominem testem laudare* (adduxerat quippe SELVA zabarellam cardinal. in consiliis suis in genere fatentem, ratam non haberi, quod in eo genere vi metu que foret gestum) *sed etiam eius tam ineptis argumentis se manire.* Omnium optime fecisset Carolus, si, consilium GATTINARAE Cancellarii secutus, prius promissa præstari sibi curasset, quam regem dimisisset; quo ipso fraudibus eius præuenire potuisset. IOVIVS *in vita Ferdinandi Daualae l. 7. p. 882.* add. HEVTER. *lib. 9. c. 5.* Prudentius namque semper est adstringere debitorem ad præstandum in potestate nostra adhuc constitutum, quam in dimissi liberalitate confidere velle. Rara quippe fides est inter homines, vbi cogi ea nequit. Conf. circa hoc argumentum GOLDAST. *in stat. ac resc. imp. T. i. p. 104.* vbi in vtramque partem argumenta pro & contra hanc conventionem Madritianam prosequitur. add. HOTTOM. *quaest. illustr. 7.* STRAVCH. *diff. exor. 1. §. II.*

§. XXIII. Aliud exemplum Principis, pactis in carcere iniunctis obligari se posse negantis, exceptionemque metus iniusti obuertentis præbet IOHANNES Cypri rex; hic enim a Genuensibus captus, datoque obside filio, liberatus, omnia postea non dubitavit reuocare. vid. BODIN. *l. c.* Mirum autem est Pontifices quoque, eiusque sacros factellites, singularem vitæ sanctitatem morumque integritatem præ aliis affectantes, non dubitasse, pacta eiusmodi irrita pronunciare, sicque exceptioni nostræ locum etiam in statu nat. concedere. Sed fecerunt id tunc maxime, cum vel propria ageretur res, sicque quod omnem contra rationem est, simul rei ac iudices existebant: vel quan-

Nouum exemplum pacisragi Ioannis scilicet reg. Cypri.

Alia exempla Pontificum.

L

doque

Paschalis II.

doque amicorum. Nouum quippe non est, apud Sanctos hos viros casum dari pro amico. Ne autem frustra haec dixisse videar, aedum exemplo vno vel altero fidem dictorum corroborabo. Profecto, si quod est, quod attentionem quandam mereatur, inque admirationem rapere animos, praeiudiciis vacuos, possit, illud est PASCHALIS II. Constat inter omnes, Praefules Romanos, ad dilatandam potestatem suam omnem mouentes lapidem, in aliis eo maxime contendisse, vt Imperatoribus confirmandi episcopos Germaniae Italiaeque ius extorquerent. Quanta hac de re imperatoribus ante HENRICVM V. cum iis non intercesserunt controuersiae? quas huc recensere prolixum foret, conf. scriptores c. *sq.* §. 14. citandos. Examinemus in praesenti modo memorati PASCHALIS exemplum. Hic lacescit diu ob eandem causam HENRICO V. (vid. PET. DIAC. *lib. 4. c. 33. & 35.* MEIBOM. in egregia *diff. de iure inuestiturae episcop. imperat. a Pontificibus per vim adempta*) ab eo coronae accipiendae gratia in Italiam cum exercitu profecto, Romae in tumultu, quem dissidia inuestiturae excitarant, anno MIII. capitur vna cum Patribus purpuratis & reliquis amicis, PET. DIAC. *c. 39.* VITERBIENS. SIGB. GEMBLAC. VRSPERGENSIS *ad d. A.* conuentioneque facta, quicquid petiit caesar, promisit. vid. ORTO FRISING. *l. 7. c. 14.* qui tamen valde huic facto caesaris irascitur. ALBERIC. *ad d. A. IIIII.* vbi pacificationem Papae exhibet, & ex eo GOLDAST. *Tom. vno p. 255.* Vix tamen imperatore cum copiis domum reuerso, omnia reuocare sub *obtentu metus iniusti* Papa coepit. Quis tantas fraudes, inter gentes ne quidem auditas, in homine, Christi vicarium qui se profitetur, vnquam cogitasset? Vix sine stupore quis legere potest, pacificationem istam sacra coena confirmatam nihilominus rumpere non dubitasse hunc sanctum virum, imprimis, si perpendas verba in actu contractionis diuisae inter se & imp. hostiae emissae:

Sicut

Sicut pars ista, inquit, viuifici corporis diuisa est, ita diuisus sit a regno Christi ac Dei, quicumque pactum istud dirumpere tentauerit. PET. DIAC. l. 4 c. 40. aut, quemadmodum SIGB. GEMBLACENSIS tradit: *Domine imperator, hoc corpus Domini, natum ex Maria virgine, passum in cruce pro nobis*

damus tibi in confirmationem verae pacis inter me & Te. O insignem, o nefandam perfidiam! Quis crederet, tantum scelus a toto concilio, quod ideo in Laterano m. conuocabat Pontifex, potuisse approbari, vbi ad vnum omnes pacta haecce ceu metu extorta, irrita, pronunciare non erubuerunt, Vnicum quod deliberantes haesitare paulisper faciebat, erat, quod promissis iuramentum accessisset. Sed & hoc dubium tandem remouit GERHARDVS episcopus Engolismensis, pactum, quo HENRICO inuestitura episcoporum suorum a Papa erat concessum, propter metum pro irrito esse declarandum existimans, ob additum tamen iuramentum Pontificis, imperatorem excommunicatione non esse prosequendum. Hoc namque simul promiserat Papa, ne ob hanc inuestiturae concessionem in imperatorem fulmen excommunicationis vibraret. PET. DIAC. lib. 4. c. 40. aliique supra citati. Sed & hic fidem fefellit Papa, excommunicando eum non solum in hoc, sed & in sequenti concilio eod. A. Viennae habito, cuius decretum exhibet PITHAEVS in *observat. ad Leonis epistolae* p. 758. itemque A. 1116. in concil. lateran. vid. VRSBERG. ad. d. A. Conf. LABBEI *Bibl. T. 2. p. 249. c. 35.* qui multa ad hoc Papae pacifragium asfert lectu digna. Quam autem iniquum istud fuerit, & quam friuole *metus iniusti* praetextu circa illud vsus sit Pontifex eiusq; commilitones, diiudicare vel illi valent, qui historiam vel primis, quod dicunt, labiis degustarunt. Qua enim ratione iniustitiae argui poterat caelaris factum? cum ille eo nihil peteret aliud, nisi vt papa in posterum abstineret a praetensione iuris, quod nunquam habuerat; sed a Carolo M. vsque ad Hen-

A concilio in
Laterano ha-
bita appre-
bat:

Cuius paci-
fragii iniqui-
tas ostendi-
tur.

rici IV. tempora ab Imperatore fuerat exercitum, licet astutia ac fraudibus Pontifices non semel id illis eripere tentassent. vid. GEMBLAC. *ad A. IIII. & fufius MEIBOM. cit. diff.* add. CONRING. *D. de constir. episcoporum Germ.* ZIEGLER. *ad Lancell. diff. pralim.* §. 31. nec non REV. RECHENB. in erudita *D. de Totatu Hildebrandino* §. 23. & *mult. sqq.* At non est insolitum quid, Praefules Romanos sua facta laudare, si vero eadem ab aliis in suum praedictum licet iustissima nix causa fiant, iniusta tanquam e tripode pronunciare; nequaquam enim permittendum censent, ut eorum interesse vel stabilitum, vel adhuc per fas aut nefas stabilendum in minimis laedatur.

Exempla aliorum Pontificum iisdem imbutorum principiis.

Stephani VI.

Iohannis.

§. XXIV. Quod si ad Antecessores PASCHALIS nostri oculos reflectamus, & inter eos deprehendimus, qui iisdem imbuti principiis metu inter gentes liberas gesta irrita declararunt, fidemque hac ratione non semel fecerunt. Notum namque est, Imp. ARNULPHVM A. 896. a Formoso Papa, qui grauem a ciuibus persecutionem patiebatur, in Italiam vocatum, vbi, expugnata Roma, a Pontifice coronam Imp. accepit. ANNAL. FVLD. SIGB. GEMBLAC. *add. A. add. OTTO FRISING. lib. 6. c. 12.* Hanc tamen coronationem dein eius successor STEPHANVS VI. Pont. tanquam metu a Formoso extortam declarauit irritam, teste SIGON. *lib. 6. de Regn. Ital. ad A. 896.* Neque vero, inquit, *hac iniuria contentus Stephanus fuit, quia etiam omnia Formosi Pontificis acta rescidit, atque imprimis eos, qui iniurati ab eo fuerant, exautorauit, atque Arnulphum Regem, quem Formosus metu consecrat, Imperatorum vitio factum esse pronuntiauit.* conf. etiam BOECLER. *hilt. sec. IX p. 202.* Idem quoque fecit IOHANNES IX. eamque publico decreto abrogauit, exhibito apud LABBEVM in *coll. concil. T. IX, n. 6.* Ex eaque causa, quod scilicet per

per surreptionem extorta fuerat ARNVLPHI coronatio, eum ex numero imp. excludit BARON. *ad A. 888 §. 3.*

§. XXV. Et haec constans fuit mos aulae Rom. Hinc toties ab omnibus ferme Pontificibus datam fidem deprehendes ruptam, adeo vt in eorum promissis nunquam tuto confidere licuerit. Id quod pluribus exemplis egregie comprobatur VLR. AB HVTTEN *in iudicio, quomodo quoque tempore Pontifices Rom. erga Imperatores Germanos sese gesserint ex chronicis & historicis excerptio;* vbi in aliis refert, quod cum Pontifices omnis generis fallaciis ac astutijs MAXIMILIANVM I. circumuenire studuerint, fidemque nunquam seruauerint, nec iuramentis nec promissis steterint, ac tandem LEO Papa, vt caeteri antea fidem ipsi violasset, haecce is mirabundus protulerit verba: *Eta dicere possum, quod nullus Papa unquam, quoad vixi, fidem ac promissa mihi seruauerit.* Non autem in propria tantum causa exceptione *metus iniusti* ad elidenda pacta vt amarunt Praesules Rom; sed & alijs Principibus ex eodem capite autores exfiterunt, vt pactiones suas fallerent; quin imo a iuramentis, quibus ea corroborarunt, lubentes absoluerint. Tam propria est ista doctrina fedi Apostolicae. Cuius rei veritas elare patebit, cui inspicere lubet literas INNOCENTII III. *Innocentii III.* hominis callidissimi ad HERMANNVM Thuringiae Landgrauium A. 1200. datas. Scil. duo illa tempestate post HENRICI VI. obitum in Imperio exstebant Caesares, PHILIPPVS Sueuus & OTTO IV. Brunsvicensis, quorum vterque suas inueniebat partes. Sorte itaque ferente, vt Hermannus per Philippi copias ad defectionem ab Ottone, adigeretur, Papa eum promissis Philippi tanquam metu extortis non posse obstringi, hisce intimat verbis: *quia, inquit, liberae voluntatis arbitrium, quanto violentius quis flectere nititur, tanto amplius impuritate sui propositi confirmatur, non credimus, quod violentia Ducis Suae*

aiæ tuam mutauerit voluntatem & animum variauerit, licet coactus fuerit militare; cum ergo necessitate cessante, cessare etiam soleat necessitatis effectus, monemus nobilitatem tuam, & exhortamur attentius, & per apostolica tibi scripta mandamus, quatenus, cum tempus acceperis, ad carissimi in Christo filii nostri, illustris Regis Ottonis in Rom. Electi Imperatorem fidelitatis obsequium sine dilatione qualibet reuertaris. vid. inter eius epistolas ep. 122. Idem facit in ep. 27. ad Moguntinum vt ipsum ad Pacifragium cum PHILIPPO inducet. In simili quoque causa ad R. Bohem. eum scripsisse constat apud Ill. DN. GVDLING. cit. dist. de efficient. metus &c. c. 2. §. 27. vbi eas exhibet.

Clementis
VII.

§. XXVI. Sic quoque CLEMENS VII. FRANCISCI I. rupturam cum CAROLO V. publice approbavit, absoluen-
do eum a iuramento, quo fidem suam CAROLO obstrinxerat, vid. BELCAR. lib. 18. quamobrem CAROLVS eum increpat in literis apud SLEIDAN. l. 6. p. 153. Nam & Galliae, inquit, Rex prosterur palmis, quod abs te sollicitatus, antequam ex Hispaniis domum rediret, nouum foedus inierit, & indicio cognoui, te soluisse illum a iuristurandi vinculo, quo mihi tenetur. Nec sine admiratione legi potest, quod de PAVLO IV. consignatum inuenimus apud BELCARIVM lib. 27. p. 881. seqq. itemque in Giorn. de letterati d' Italia T. 24. art. 3. p. 82. ex quibus difere patet, illum ex eodem principio PHILIPPVM Hispanorum & HENRICVM II. Gallorum R. inuicem commisisse. Cum enim Gallum ad bellum non adeo pronum intelligeret, hacce admonitione ad id excitare non dubitabat, scribendo, se parentem christianorum omnium in quibus eorum pacis excipi, ac penes se supremam residere auctoritatem foederis Regum maioris mali impressione facta dissolutendi. Egregia sane admonitio, christique vicario dignissima!

Pauli IV.

ma! At magis mirandum, tam faciles esse Principum animos ad habendam fidem eiusmodi Papae diceris. Verum enim vero, vt est mortalium natura, cerea flecti in id, ex quo commodum sperare licet. Id quod imprimis videre licet in Principibus, supra LL. humanas qui sunt. Apud multos namque, teste quotidiana experientia, religio non vltra quam vtilitas eorum se extendit. Hac de re egregia ac vero vbique respondens est BAEII obferuatio in *Diction. voc. Agesilaus. in not. lit. (g)* lectu non iniucunda, cum quo apprime conuenit discursus Papae CLEMENTIS IX. apud OSSATVM Card. in l. 3. ep. 87. p. 371. Notum praeterea est c. 29. X. de iureiurando, vbi Pontif. INNOCENTII III. cuius paulo ante memini, mensuris fuit expressa. Quod cap. Cardin. LAVRENT. BRANCATVS DE LAVREA in *Epitome canon. tit. iuram. quando tenet*, tam laxè accipit, vt non tantum liberat gentes ad ea, quae metu iniusto aliis ademerunt, restituenda putet obstrictas, verum etiam tales pactiones a Pontif. vult solvendas vid. WERLHOF. de *pact. lib. gent. §. 27.* vbi fuse ista refutat. Caueamus itaque, ne talia admittamus principia; nulla quippe hoc modo stabilis maneret pacificatio, & re vera status naturalis fieret status belli.

§. XXVII. Recte itaque inter ipsos Pontificios nonnulli hoc agnoscentes, doctrinam hanc, quae Principibus sub praetextu *metus iniusti* a pactis suis resilire permittit, bonis moribus rectaeque rationi repugnare, ingenue fassi sunt. Inter hos imprimis laudandi BALTH. AYALA de I. B. l. 1. c. 6. n. 3. COVARR. P. 2. de *marim. c. 3. §. 4. n. 21.* SAAVEDRA l. supra §. II. cit. FRANC. HOTTOM. *quaest. illustr. 7.* BODINVS de *rep. l. 5. p. 929.* grauitercensens contra sentientes quam plurimos iuris Rom. interpretes, qui nec iura feccialia, nec verae iustitiae disciplinam, nec vllam antiquitatis Romanorum, quorum LL. interpretantur, memoriam teneant. Meretur quoque huc referri

Qualis tamen doctrina ab ipsis Pontificiis fuit reiecta.

it. a Io. Va-
lesio Galliae
Rege.

Nec apud
Ethnicos ea
locum ha-
buit.

referri egregium iudicium apud *WICQVEFORTIVM de l'ambassad. l. 1. p. 62. & p. 282.* de scripto quodam Bruxellae in lucem emisso, latum, quo pacis Hispano Lusitanae tanquam vi ac necessitate expellae autoritas oppugnabatur. Laudem itaque apud omnes recte sentientes inuenit IO. VALESIVS, Gall. R. quod conscientiae suae melius ac FRANCISCVS & alii hac in parte consulere voverit. Nam cum pariter in custodia, quo eum detinebat EDVARDVS III. Anglorum R. iuxta praescriptum viatoris promittere cogeretur, datam fidem quam exactissime seruandam sibi duxit. Ab hoc proposito nec alienum eum reddere valebant tam blandi nonnullorum sermones, metus exceptionem ipsi suadentes, quas syrenum cantilenas obtusis auribus tuto praeternaugabat, teste *FRISSARDO c. 173. sq. j. c. 214 sq.* Hoc ipso sane ostendebat laudatissimus Princeps, se, quod frequenter in ore habebat, corde quoque gestare illud, *quod licet fides promissorum in toto exspirasset orbe, illam tamen in Principis ore semper inuiolatam manere debere, vti is ad eam seruandam cogi nequiret.* Et sane res aliter esse nequit. Alioqui enim omnes pacificationes forent inanes, & quacunque occasione rumpi possent, quemadmodum fufius supra §. 12. fuit demonstratum. Ipsi ethnici necessitatem huius rei agnouerunt, indeque fidei fuerunt quam obseruantissimi. Hinc laudat *CIC. l. 3. off. Pomponium Tribunum, qui seruauit, quod terrore coactus promiserat.* Et quem fugit illud heroicum *REGVLI* factum, qui dimissus a Carthaginensibus e custodia, qua iure belli detinebatur, quemadmodum promiserat, rediit in carcerem, licet sciret quod sibi barbarus tortor pararet teste *HORATIO, vid. SENEC. de Tranq. 15. GELL. noct. att. l. 6. c. 4. CIC. l. 1. off. 13. & l. 3. c. 26. FLORVS 22. add. SEXT. AVR. VICTOR de viris illustr.* Pariter constat, ex *CIC. l. 3. off. c. 32. & GELL. 7. c. 8. de decem Romanis* itidem bello a car-

Carthaginensibus captis, qui dum promissa efficere non possent apud Romanos. propter fidem datam redierunt in carcerem, nec vnquam de metus exceptione quid apud eos fuit auditum.

CAPVT V.

DE

EXCEPTIONE METVS INIV-
STI EX IVRE PVBLICO ROM-
GERMANICO.

§. I.

IAsio itaque in praec. cap. fundamento doctrinae excep- Transitus ad
tionis *metus iniusti* in statu naturali, facilis nunc patet hoc cap.
transitus ad *ius publicum Rom. Germanicum*. Cum e-
nim in hoc doctrina a nobis proposita insignem prae-
beat usum, operae omnino pretium erit, speciali illud expo-
nere capite, eoque coronidem dissertationi huic imponere.

§. II. Qui historiam Imperii nostri Rom. Germanici Status Imp.
contemplantur, facile intelligunt, plurimam temporis par- quandoque,
tem bellis inter gentem hanc fuisse peractam. Fuit enim, spreto iure
aliquando ea Germaniae facies, qua Principes ac status ac iudice,
to penitus *iure ac iudiciorum ordine*, propriis viribus sibi iura manibus
dicebant, & cen liberae gentes mutuis se bellis petebant. A fuis ius sibi
liquando eo res deueniebat, vt *deficiente iure ac superio-* dixerunt.
ri, in flatum quasi naturalem eos recidisse dicendum videa- quandoque
tur. Ad *priorem* istum casum quod est, nemo facile inficias iure destitu-
t, si cui hac via quid ereptum, id tanquam contra ius ge- ti id facere
stum repeti potuisse, aut si pactum quoddam extortum, con- coacti sunt.
tra id exceptioni *metus iniusti* locum fuisse concedendum, priori casu
In *posteriori* vero casu huc applicanda existimarem, quae in exceptio me-
cap. praec. de illis, qui in *statu libertatis* viuunt, fuerunt tra- tus compe-
dita. tiur.

M.

§. III. posteriori

Ad priorem
casum perti-
nent diffida-
tiones.

§. III. Ad priorem casum referas illud tempus, quo
diffidationes siue priuata ista bella vigeant, quae per 6. secu-
la Germaniam nostram tantum non deuastrabant, ac veluti
hostibus vbiq; obsessam reddebant. Si itaque his extor-
tae fuerint pactiones, illas iuste satis per *exceptionem metus*
elidi potuisse, diiudicatu facile erit, qui naturam earum pe-
nitius cognouerit.

In Germania
maxime cir-
ca interre-
gni tempus
frequentes.

§. IV. Scilicet pessimus ille in Germania mos inualue-
rat, auctus imprimis tempore *interregni*, (vid. BIGNON in
not. ad Marculphi form. MEIBOM. *not. in Herlingsbergam*)
vt, si quod ius sibi alium debere existimarent status Imp. id
non, vti in bene constitutis fieri Rebusp. solet, penes legiti-
mum amplius quaerere iudicem, legibusque & iure termi-
nari suas controuersias amarent, sed quisque *proprio Marte*
suisque manibus sibi ius dicere inciperet. Vnde nomen
varie earum
denomina-
tiones.

iuris manuarii, vulgo *das Faust- oder Kolben-Recht*. Com-
munius priuata ista bella nomine veniebunt der *Besehdun-*
gen siue *Febden* item *Vecbden* vid. DATTIUS. vir in re-
bus Germanicis versatissimus, in incomparabili opere *de*
Pace publicae l. 1. c. 1. n. 7. ab antiqua voce *Faida* seu *Feida*,
quae proprie *inimicitiam*, eamque capitalem ac professam,
denotabit. conf. DUFRESNE in *Glossar.* voce *Faida* eius-
que *diff. ad Iovinellam de priuatis bellis.* RHENANVS *lib. 2.*
rer. Germ. p. 95. Hinc locutiones *faidam ponere, in capis.*
CAROLI CALVI *tit. 14. n. 4.* *faidam portare alicui* in LL.
Longobardicis aliaeque. conf. SIRMOND in *not. ad capi-*
cul. DUFRESNE *ll. cc.* vbi studiose eas ex antiquis Germ. LL.
collegit. Saepius quoque vocabulo *Vrlog* insignita ea fuit-
hac significatione apud Batauos adhuc in vsu est, constat
exactis publicis apud DATT. l. c. n. 8. *sqq.* item *Absagung.*
Erant illa, vt ex iam dictis facile constat, nil aliud, quam *den-*
num-

denunciations animi hostilis in Germania maxime usitatae (*) Definitio.
 quibus quis superiore neglecto, per literas, signa, aliaque facta,
 alicui extremam vitae, sanguinis aut bonorum persecutionem si-
 gnificabat, istasque minas actu exequendo publicam tranquilli-
 tatem turbabat. vid. CLASSEN ad art. 129. constit. crim. THEO-
 DOR. crim. c. 6. aph. II. CARPZ. Pr. crim. q. 37. n. 16. BOER
 in absolutissimo tr. de Diffidationibus c. 1. Committebant hoc
 crimen non solum ciues Imp. immediari sed & mediani, in-
 terque hos vilioris quandoque conditionis homines, vti pa-
 tet ex literis diffidatoriis pistorum Ludouici Comitis Palat.
 apud DATT. l. l. c. 15. n. 40. Eratque illud adeo frequens vt
 tum temporis in prouerbium abiisset.

Ruten, roven dat en is ghein Schande,
 Dat doym die besten van dem lande.

Teste LEIBNIZIO T. III. rer. Brunsw. p. 646. & in praef. ad
 T. 1. n. 45. conf. & CASP. A LERCH. in Disc. de ord. equest.
 germ. in 2. fundam. n. 94. f. 141. Quo ipso turbulentissimus in
 Germaniam introducebatur status, ac tanta vbique infecu-
 ritas, vt non nisi insigni stipatis comitatu (veluti die Caraua-
 nen in terris quibusdam orientalibus) iter facere liceret.
 CASP. A LERCH. l. c. f. 106. Fiebant istae denunciations Formulae li-
 terar. diffida-
 tionum.
 per solennes literas diffidatorias, quarum formulasqui legere
 aueat, adeat LEHMANNVM in Chron. Spir. l. 7. c. 86 89. 100.
 IOI. 103. DATT. l. c. n. 14-18. MVLLER in Reichs- Tags-
 Theatr. unter Frid. III. c. 7. §. 13 ad 17. Speculum honoris
 austr. FVGGERIANVM l. 5. 15. CASP. A LERCH. l. c. BARO-
 NEM in cit. diff. p. 32. GROSSERI Lausitische Merckwur-
 digk. P. 3. p. 13. Exempli loco subiungere lubet, quas WA-
 GENSEIL in lib. von Erziehung eines jungen Prinzen p. 123.
 M 2 ex.

(*) Nam quos apud Arabes huius generis actus legas, SCOPVLISMI
 nomine veniebant, de quo singularis extat Diff. IOH. GOTTFR.
 BARONIS sub MICH. RHODII praesidio Erf. ad viad. 1705. edita.
 vbi §. 7. GEORG. THEBESII & ZIERIZII de eodem argum. Dif-
 fertationes citat.

exhibet missas a nobili quodam ad ciuitatem Spirensis
hoctenore; *Wisset Burgermeister und Rath der Stadt Spire,
das ich Winrich von Fischenich uwer Feind syn wil, um sol-
che anspruch, so ich an uch zu sprechen han, und wil das mi-
ne Ebre gegen uch und den waren bewahret han, mit diesem
minem ofnem brieffe versiegelt. Datum uf St. Laurentien-
Tag. Ao. Domini 1430. Modum ac ritus, quibus literae istae
mitti ac inimicitiae in illis intimari solebant, egregie descri-
bit DATT. l. c. n. 25. sqq.*

Variae Im-
peratorum
constitutio-
nes prohibi-
tiae.

§. V. Hoc autem malum Remp. Germanicam mirum
in modum affligens, vt e medio tollerent Imperatores, om-
nem mouerunt lapidem, emissis tot constitutionibus pro-
hibituis. Et iam Carolingicos de illo coërcendo fuisse
solicitos intelligere est ex eorum capitularibus passim. *conf.
cap. Ludouici I. de A. 89. cap. 140. 141. addit 3. LL. Longob. tit.
37. aliaque vid. DATT. l. c. c. 1. n. 13. ad 18. Carolingicorum ex-
empla, crescente indies, maxime sub Saxonum regimine, iure
manuario, (cuius rei causas exponit DATT. l. c. c. 3. n. 24.
sqq. METIBOM l. c.) secuti sunt eorum successores. Sic nam-
que Henricum III. & Conradum II. peculiare de illo abro-
gando tulisse constitutiones patet ex GOLD. T. 3. *Const. Imp. f.
312. (*) Henrici III. constitutionem de A. 1044. in comit. Con-
stant. ratam memorat ABBAS VRSBERG. add. CRVSIVS in
Annal. Sueu. l. 6. P. 2. c. 8 f. 192. Falso itaque nonnulli pri-
mum LLationis de pace publica autorem faciunt Frederi-
cum I. vid. BIGNON. ad Mar. ulphi form. p. 879. ed. Baluz.
VIACIVS de feudis l. 5. Inclaruit autem hic caesar non vna eius-
modi constitutione; quarum alia extat 2. P. 27. conf. RADEVIC.
de**

(*) Vocantur eiusmodi constitutiones *uaxt ê zoxiv* de Pace publica
germ. *Landfrieden*. Pro quo etiam *Treugam* barbaram vocem in-
uenimus in quibusdam seculi XIV. monumentis. Sic apud KY-
RIANDRV M in *annal. Treuir.* P. 17. f. 246. legitur, *Treugis, que
Landfrieden nominantur, de nouo prorogatis.* Item in iure can. tit.
34. lib. 1. inscribitur *de Treuga et Pace.*

de reb. gestis Friderici, cui successit alia 2. F. 53. qua Italiae pa-
rem procurare voluit, vid. ibi BITSCH. add. GYNTHBR in *Li-
gurin.* l. 8. Maxime vero notatu digna est, quam idem pro-
mulgavit in comit. Noriberg. A. 1187. teste ABBATE VRSPERG
Minime vero huc spectare HENRICI IV constant. de *resor-
manda pace Imp. & Eccles.* apud GOLD. T. 3. f. 316. nec non
HENRICI V. apud eundem f. 319. patet ex illarum inspectione.
conf. DATT. l. c. n. 48. Post FRIDERICVM I. nouam pro tollen-
dis diffidamentis constitutionem tulit PHILIPPVS Imp. 1201.
exhibitam a GOLDAST. l. c. f. 367. MVLLER l. c. p. 90. quam mox
excepit alia OTTONIS IV. teste GOTTFRIDO Monacho Coloni-
ensi ad A. 1208. aliisque apud DATT. c. 4. n. 3 599. nondum
typis exscripta. De FRIDERICI II constitutione a. 1236. emis-
sa apud GOLDAST. T. 1. f. 80. id maxime notatu dignum occur-
rit, quod prima sit, lingua Teutonica quae comparuit, teste
CONRING de O. I. G. cap. 27. vide tamen Baro de LYNCKER in
Diff. de *idiomate Imperiali.* De alia eiusdem Imperatoris
constitutione de A. 1234. vid. auctores apud du FRESNE
in *Glossar.* voc. *diffidatio.* Post Friderici obitum, incref-
centibus, si vnquam, priuaris his bellis, occasionem dante
magno illo *interregno*, ad quod recte applicari poterat il-
lud *Iud.* c. 21. v. *fin.* pro iis loquendis WILHELMVS HOL-
LANDVS, ad tempus imperator, A. 1255. peculiarem quo-
que tulit constitutionem, quam ex priuilegiis Rhenanae
nobilitatis 1624. Moguntiae typis exscriptis integrum ex-
hibet DATT. c. 4. n. 20. i. n. 19. vbi historiam huius con-
stit. tradit. Hanc sequebatur *Rudolphina* constitutio A.
1287. renouata Spirae A. 1291. & ADOLPHI Nass. de A. 1293.
apud GOLDAST p. 2. *der Reichs-Sarz.* p. 165. add. LEHMANN.
in *Chron. Spir.* l. 5. c. 103. i. c. 119. IDEM l. 7. exhibet LV-
DOVICI *banari* constitutionem, de qua conf. etiam DATT.
c. 5. n. 15. 54. ALBERTI curas circa abroganda diffidamen-
ta. vid. apud GOLDAST. l. c. f. 25. MVLLER. & l. c. *Caroli IV.*
in A. B. c. 17. ibique LIMNAEVM, add. LEHMANN. l. 7.
M 3 c. 47.

c. 47 & 52. qui quoque c. 63. WENCESLAI constitutionem de A. 1398. exhibet, de quo aliam de 1389. vid. apud DATT, qui etiam c. 26. n. 14. & c. 27. de ALBERTI II. constitut. in comit. Noriberg. 1438. lata fuisse agit. add. SCHILTER. in iur. publ. T. 2. tit. 19. p. 339. MULLER, l. c. p. 1. c. 7. §. 9. GOLDAST, l. c. f. 144. Friderici III. curas haurire licet ex reformatione eiusdem A. 1442. in corp. recessuum imp. exhibita quoque a GOLDAST. in stat. & resc. imp. p. 203. MULLER. l. c. p. 1. c. 7. itemque inter KVLPISII documenta, p. 129. conf. & DATT. l. 1. c. 23. vbi & de aliis huius imp. constitutionibus agit.

quae tamen
parum effica-
ciae habebant,

§. VI. Vides, quam solliciti imperatores vna cum statibus fuerint, vt pestilentissimum hoc Germaniae malum eradicarent, adeo vt ictis inter se foederibus post interregnum securitati publicae consulere, barbarumque istum morem e medio tollere tentarint DATT. l. 1. c. 5. §. 9. Sed miraberis, qui factum, vt nihilominus illa obtineri nequirit, omnesque pactiones illae inutiles manserint. Qua de re conqueritur CRANTZ, in metrop. l. 4. c. 12. *Bella, inquit, quidem aperta non vsque quaque possunt vel evitari vel prohiberi, sed occulta per terras latrocina quis prohibebit? Non patitur Italia; dedignatur Gallia cum Hispania; Turci non sinunt inulta. Infelix Germania hoc genere maiorum carere non potest, &c.* Praecipua huius rei causa sine dubio erat defectus aut contententus iudiciorum, coram quibus iura sua prosequi licebat statibus. conf. CONRING. de iudic. Germ. Pristinamque Germaniae iudicia, (inter quae praecipua duo illa suprema tribunalia Caesarea seu palatia vulgo *die Kayserliche hohe Reichs-Pfalzen in Sachsen und Schwaben* insignibus laborabant morbis, nec sufficiebant omnibus civium controuersis. Ad iudicium vero imperatoris *aulicum* lites deferre nimis videbatur molestum. Locus enim illius nusquam erat fixus, sed nunc erat Ratisbonae, nunc Noribergae, nunc Viennae aut in imperii civitati;

causa illius
rei defectus
iudiciorum.

uitatibus, in quibus Imperator ob negotia Imperii subsistebat, adeo ut infabilis Themidis sedes esset. Conf. CONRING. l. c. DATT. l. 4. c. 1. Quamobrem non tantopere exprobrandum esse videri posset genti, Germanicae hoc priuatae vindictae studium, cum nihil certius sit, quam, iudiciis cessantibus, vel quod idem est, male constitutis, nec sufficientibus, bella inchoari, & res in eum deuolui statum, qui est naturalis libertatis. GROTIUS, lib. 2. c. 1. §. 2.

& egregie DATT. l. 1. c. 3. n. 32. sqq. Vnde quoque est, quod in memoratis post interregnum de Pace publ. constitutionibus non omnia bella priuata interdicerentur, sed friuola ac iniusta, siue ut A. B. loquitur c. 17. prohibemus vniuersa uata bella, ac singulas guerras litesque iniustas. Huc maxime pertinebant, quas solennis indictio non praecesserat. HUGO de statu, resp. germ. c. 3. §. 8. LIMNEVS ad d. cap. A. B. Si namque diffidatio praecesserat, bella isthaec pro iure constituto habebantur. IVO CARNVT. ep. 133. add. FRIDERICI I. constitutionem de A. 1187. ibi; modo damnum alteri facere, aut laedere ipsum intendens, iribus ad minus ante diebus per certum nuncium suum eum diffiduiaret. conf. etiam cit. cap. 17. A. B. ibi; nisi diffidatio &c. Haecque indictio tantum operabatur, ut effectus, alias ex bellis iure gentium solennibus fluentes, exinde sequerentur. BESOLD. de arte iureque belli c. 5. n. 5. RÜMELIN. ad A. B. P. 2. D. 6. §. 1. & 3. HEIGIUS P. 2. quest. 32. n. 8. LEHMANN. l. c. lib. 7. c. 89. l. c. 112. Donec itaque non tolleretur causa istorum Germaniae, malorum, iustitiaque, in meliorem redigeretur statum, fieri nulla ratione poterat, ut priuata isthaec cessarent bella. Viderant illum Germaniae morbum nonnulli Imperatores; quare non solum approbabant foedera ista statuum, sed, & alia remedia iure dicundo inferuentia quaerebant. DATT. l. 1. c. 27. sqq. Sed frustraneus omnis erat labor. Tandem res iucessit

Vnde & certo modo tolerabantur illa priuata bella.

etiam in D
etiam in D
etiam in D
etiam in D
etiam in D

vsque ad Maximilianum 1. tempora qui perconstit. de A. 1495. illas plane prohibuit.

XIMI

XIMILIANO I. cuius sub regimine infinitis aliis Germania beata fuit bonis. Prima eius cura erat *restauratio indiciorum*, quorum sine flore certam sperari pacem nunquam posse probe perspiciebat. Quem in finem An. 1495. in Comit. Wormatiensibus condere cepit *iudicium camerale*, hodieque adhuc florens, ad quod, qui impofterum a constatibus se laesos crederent, confugere liceret, iureque, non amplius armis, restitutionem petere. Quo facto, illa vniuersalis perpetuoque valitura *de pace publ.* constitutio promulgabatur, quae hodie adhuc floret. vid. LANDFRIEDEN *de A. 1495. in corp. R. I. Summam eius exhibet Magnif. DN. SCHWEDER in iur. publ. P. gen. c. 3. §. 12. BLVM. Proc. cam. tit. 29. n. 23.* Latius de eo agit DATT. *l. 3. c. 1. h. 4. c. 1.* Sed cum nihil valeat ius in ciuitate, nisi sint, qui iura regere possint, POMPON. *l. 2. §. 13. de O. I. mox An. 1500.* laudatissimus hic Caesar Spirae Regimentum Imp. ordinabat, (de quo vid. Reu. DN. Hofpes meus AD. RECHENBERG in *pec. diss. Lips. hist. polit. T. 2. p. 366.*) & Imperium in 6. diuisit circulos, vt ita, sententiae a iudicio cam. latae, eo melius executioni dari possent. Quamuis autem prudenter haec constitutio esset lata, non tamen prorsus omnes cessabant diffidationes. WAGENSEIL *l. c. p. 125.* Mala namque non tam facile tolluntur quam introducuntur, legesque optimas hominum malitiae non semper sufficere, experientia docet. Causa certe, cur noua semper additamenta isti constitutioni adiecta fuerint, vid. in *R. I. de A. 1.00. 1512. add. Landfrieden d. A. 1521. R. I. de A. 1.22. 48. 51. ordin. crim. art. 129. R. I. de A. 1555. 57. 59. 65. 76. & denique R. I. de A. 1558.* Haecque omnia deinceps per *Pacem Westphal. art. 17. §. 8.* sunt confirmata. ibi; *nulli omnino statuum Imperii liceat ius suum vi vel armis profequi.*

Cui noua
insecutis
comit. addi-
tamenta ac-
cesserunt.

qui, sed si quid controuersiae iam exortum sit, siue posthac incidit, vnusquisque iure experiatur, secus faciens, reus sit fractae pacis. add. Capitulat. Caesareae.

§. VII. Cum itaque bella ista post tot egregias constitutiones non cessarent, in aprico est, quae ita acquirata fuerunt, ceu temerarie gesta, diiudicanda esse, *exceptionemque metus iniusti* contra extorta ab eiusmodi inuasoribus omnino locum inuenisse. Nec desunt *exempla*, quibus ea fuit opposita, ex quibus nonnulla hic considerare lubet. Quem fugit bellum istud priuatum, quod A. 1522. instituit FRANCISCVS VAN SICKINGEN, nobilis immediatus e tractu Rhenano, & supremus militiae Caesariae Praefectus contra episcopum Treuirensis Richardum? Hic namque duos subditos, ne lytrum in diffidatione promissum soluerent, pro quibus rogatu illorum fidem Franciscus interposuerat, prohibuerat, & vt exceptionem hanc iniuste petentibus opponerent, iusserat. Id quod Sickingius aegre ferens indicto Archi-episcopo bello per solennes literas, exhibitas a CHYTRAEO Sax. Lio. p. 258. coactisque 8000. peditum & 600. equitum, Augustam Treuirensis obsidet. Coniuebat caesar Carolus V. Sickingio propter odium, quo recens adhuc flagrabat in Richardum, eo quod electionem suam omnibus viribus impedire, dignitatemque imperialem ad Franciscum I. Gall. R. deferre laborauerat. SLEIDAN. l. 3. p. 75. * Exi-
rus

Hinc postea recte eiusmodi inuasoribus exceptio metus iniusti fuit opposita. vti Sickingio.

(*) Sunt, qui eum ab Alberto Archi-ep. Moguncino contra Treuirensis volunt excitatum. Alii, inter quos desuita MASENIVS in vita Caroli V. Lutherum horum motuum faciunt autorem, asserentes, illum Sickingio odium in omnem Clerum, imprimis in Treuirensis praefulem, inspirasse. vid. BROWER in *anal. Tren.* l. 20. p. 337. Verum esse hanc ex illis criminationibus, quibus Lutherus saepius petebatur (quorum refer imputationes *rumultus rusticani* 1525. in Germ. excitati vid. SCHARD. T. 2. *rer. germ. f.* 131. SLEIDAN. l. 5.) quisque facile intelligit. Nam Lutherum ab hoc bello Sickingium esse dehortatum, rerum harum petiores vnanimiter testantur.

tus tamen belli istius Sickingio admodum fuit funestus. Nam virtute ciuium auxilioque Palatini a moenibus vrbs repulsus, bellumque istud conquisitis vndique copiis continuaturus, ab imperii regimento proscriptus est, vid. CIV-TRAEVVS p. 259. Hoc facto Richardus vna cum Hesso ac Palatino castella eius occupare coeperunt, vbi ipse in expugnatione *Landstellae*, graui accepto vulnere, biduum post eius deditionem 1523. m. Maio animam reddidit. BRO-WER. l. c. add. SCHARD. T. 2. vbi BARTH. LATOMI *relatio de Sickingii bello* & CASP. STURMII *de expugnatione arcium Sickingii & foederatorum*. conf. & LEODII *narrationem* apud FREHERVM T. 3. Fuisse autem proscriptionem istam Sickingii *iustissimam*, nemo facile negabit. Licet enim, vt dixi, connuente caesare bellum eius fuisset ceptum, haud tamen eo approbante; quamobrem rectissime poenas pacifragii sui dedit, quia legitimo spreto iudice, spre- tis tot salubribus constitutionibus prohibitiuis, ius sibi i-psi dicere non dubitauerat.

Grumbachio §. VIII. Non minus notabiles sunt motus *Grumbachiani* cum Ep. Herbipolitano instituti. Agedum! examinemus istos, & constabit, pacta illius cum Herbipolensibus summo iure per *exceptionem nostram* fuisse elisa. CVII. scilicet GRUMBACHIVS ingenti inter Nobiles Franconiae immediatos eminenti auctoritate, propter varias turbas cum Alberto Marchione Brandenburgico imperii banno erat proscriptus. HORTLED. *de B. S. tom. 2. l. 6. c. 26. sqq.* LANGVETVS *hist. belli Gothani*. Quapropter Episcopus, MELCHIOR ZOBELIVS bonis non solum eum exuerat, sed & legatum, vxori ipsius a Conrado Biberaco Ep. Herbipolitano relictum, petenti denegarat. THVAN. l. 2. p. 630. Quam repulsam morte ab emissariis Grumbach, Zobelio illata pensauit. THVAN. l. c. p. 953. PET. LOTICHIC. *narratio de hac caede & STIBLINI satyra in sicarios* apud SCHARD. T. 3. add. HORTL. p. 1926. *seq.* Postea canonicos petitioni Grumbachianae fauere nec dum volentes, 1000, equitibus totidemque peditibus, mi-

ra coactis celeritate improuifos 1563. inuadit, & a captis, adhibitis grauioribus minis, duriffimas extorquet conditio- nes, quarum *summa capita* haec erant; ut bonus paternis & haereditariis sibi reftituis, Ernesto Mandelsto ac Wilh. Stei- nio sociis fuis damna bello Albertino accepta refarcirent; praeterea ex *fylna Bambergica* ad reaedificandam arcem Breit- bach materiam suppedarent; memoriam caedis Melchioris abolerent, nec de ea suspectos vindicarent; lites in camera imperiali & coram epifcopali iudicio contra se pendentes non amplius profequerentur, ac denique se una cum sociis, si imperator vel quiuis alius contra hanc transactionem agere quid temeret, defenderent indemnem- que praestarent. SCHARD. l. c. Sed cum hic Grumbachii processus pariter contra publicae pacis constitutiones es- set, Ferdinandus imp. omnia Herbipoli acta recte rescin- dit, Grumbachiumque cum fociis proferibit. Fufius THVAN. l. 26. p. 283. LONDORP. l. 4. p. 525. SICHARD. ad A. 1563. Nam sic Grumbachii petitio *primum* erat iniusta, quia per bannum, in quo tunc uiuebat, ineptus & inha- bilis, qui bona in imperio possideret, reddicus erat; dein modus quoque procedendi nullo iure subsistere poterat. Si enim ad istam petitionem ius quoddam sibi esse credi- difset, cur propriis viribus, neglecta legitima iuris via, il- lud quaerebat? conf. de omnibus Grumbachii actis HORT- LEDER. l. 7. per tot. qui sigillatim proftat, sed non ad finem perductus, quia typographo, paginam 252. cum absoluiffet inhibicio facta est. Plura exempla diffidationum recen- tiorum adducere non lubet, ne limites dissertationis trans- gressus videar. Consuli potest BOCER. in supra iam lau- dato *tr. de diffid. c. 118.* Caeterum de diffidationibus praec- ter passim iam adductos legi possunt, qui ad d. Maximilia- ni I. insequentiumque Imperatorum constitutiones ple- nissime commentatus est, AND. GAIL. & DATT. add. CORT- REIVS in *obferuat. bist. polit. ad constitutionem profanam.* Fif.

1709 f. Facit huc quoque G. BECHTIVS *de securitate publica in T. 2. iur. publ. Giessensium.* MAVLIVS *de iure conducendi.* Conf. & ER. MAVRITIVS *in dissertat. iunctim editi.* p. 783. NEVE BIBL. *sect. 30. p. 98. seqq.* SCHWENDENDÖRFER *pecul. J. Lips. 1676. recul. ibid. 17 6.* CAROL. SAMSENSII *historie 2. Befehdungen Budiff. 17 7. 8.* vid. *Vnf. buld. Nachr. d. A. p. 143.* KVLPIVS. *diff. de privatis in hostem excursionibus* inter eius dissertat. Acad. p. 304. *seqq.*

Alter casus
vbi exceptio
metus locum
in imp. R. G.
non inuenit.

Contigit is
post reformationis
tempora.
Occasio belli
Schmalkald.

§. IX. Postquam itaque hactenus iuxta priorem casum. (vid. §. 2. *seqq.*) vidimus exempla, vbi exceptioni metus iniusti ex iure publico imperii Rom. Germ. locus esse possit, nunc deuoluimur ad casum posteriorem, quo deficiente iure acidoneo superiori status in naturalem quasi reciderunt statum, sicque acta eorum ex traditis in praec. cap. diiudicanda veniunt. Contigerit eiusmodi quid post reformationem a Luthero beatae memoriae diuinis coeptam auspiciis. Nam cum praeful Romanus LEO X. eo procederet impietatis, vt peccata haberet venalia, proque pecunia eorum remissionem, datis indulgentiarum literis per Apostolos suos, imprimis in Germania per IO. TENTZELIVM concederet; contra hanc insolentiam Lutherus diuino impulsus spiritu assurgere incipiebat, publicis contra eos Wittebergae 1517. affixis thesibus, ab OSIANDRO *cent. 16. p. 45. seqq.* exhibitis. conf. SLEID. l. I. Reu. AD. RCHENBERG. in cit. *D. de stat. rel. in Germ. inter eius diff. hist. pol. P. 2. p. 362. §. 6.* Tantum vero aberat, vt Pontifex hoc emendaret abusus, vt potius praeter omnem spem hoc B. viri iusto irritatus zelo A. 1520. excommunicationis fulmen in eum vibraret, scriptaque eius exuri mandaret. vid. *T. I. len. f. 259. seqq.* Qui procedendi modus, fatente ipso Erasmo, prorsus indignus homine christiano, mouit Lutherum, vt, dum nil minus intendisset, quam Rom. sedis excutere iugum, teste SVRIO Monacho Colonienfi, opus reformationis maiori zelo aggrederetur, plurimosque eorum

rum errores ex sacro detegeret fonte, *Reu. RECHENB l. c. §. 7.* eoque quam plurimis, sub eo misere degentibus, oculos aperiret (*), qui vna cum eo illos agnoscentes, puriorem doctrinam, postliminio quasi restitutam, arripere, ac Papæ obsequium denegare incipiebant. conf. *D. N. Dr. SCHWEDER cit. D. de pac. rel. perp. & const. §. 4.* MELANCHT. *de Adis Lutheri THVAN. l. 1. GVICCIARD. l. 13. hist. MONZAMB. de stat. Imp. Germ. c. 5. §. 9.* ibique *ILL. DN. THOMAS. AB. SCHVLTET, annal. Evang. Dec. 1. sq.* Quo ipso cum Pontificis regnum, quem insatiabilis ambitio super omnes euexerat Principes christianos, immane quantum debilitaretur, non poterant non ab eo & ecclesiis affiduæ excitari turbæ atque motus. Vnde natebantur tam dispares inter Inaperii caput eiusque membra affectus. Exulabat arctior irater eos coniunctio & confidentia: crescebant similitates, corpore Reip. in duas Lutheranorum & Protestantium dissecto partes; deferebatur res ad Comitata Wormatiensia a. 1521. vbi Lutherus proscriptus, eiusque doctrina ceu eronea a Pontificiis publico ^{Edictum} ^{Wormat. A.} ^{1521.} decreto, apud *GOLD. T. 1. f. 441.* reiciebatur, vid. *T. 1. Ien. f. 456. 464. SLEIDAN. l. 3. THVAN. l. 1.* confirmato in secutis comitiis Norib. 1524. Sed cum id a iudice factum suspecto, fauentes Luthero status ad liberum prouocabant concilium. *SLEIDAN. l. 4.* Ne autem interea auergerentur turbæ, An. 1526. Spiræ transigebatur, vt quilibet vsque ad illud tempus in ditione sua prohibitu sese gereret, modo facti sui reddere rationem posset. Verum harum induciarum fructus mox expirabant. Frementibus namque quotidie Pontificiis, Imperator A. 1529. Wormatiense Edictum Spiræ ^{renouatum} ^{Spiræ 1529.} renouabat, Lutheranisque iniungebat, vt non aliam quam veterem profiterentur religionem, addita ratione, ad casum religionis plane non quadrante, *quod moribus sit receptum, vt quod*

N 3

(*) Ipsi Imp. MAXIMILIANO I. non displicuisse Lutheri doctrinam ex eo iudicari potest, quod dixerit: *Man solte den Munch passiren lassen, er würde wol nutzlich zu gebrauchen seyn.*

quod maior Ordinum Imp. pars sanciverit, paucis quibusdam rescindere non liceat. BVRGOLD. ad Instr. Pac. P. I. D. I. §. 2. Contra quod mandatum cum solenni protestatione se munirent Lutherani, nomen Protestantium obtinebant. vid. HORTL. T. I. c. 4. SLEID. l. 6. CHYTRAEVSL. 12. p. 365. REV. RECHENB. *præl. hist.* P. 3. c. 7. §. 6. & cit. D. §. 15. THVAN. l. I. p. 26. STRAVCH. *Diss. ex. i.* 7. SCHILTER. de L. E. G. l. 7. c. 4. & de P. R. c. 2. BVRGOLD. l. c. Probeitaque intelligentes, imprimis cum & oblata in comitiis August. confessio fuisset damnata, CHYTRAEVS in *hist. Aug. cont.* & CAELLESTINVS de *comit. Aug.* actum esse de conscientiarum libertate, maleque securitati suae fore consultum, pro ea tuenda contra Pontificiorum insidias Smalcaldie 1530. iecerunt foedus de fensuum an. 1536. ad decennium renouatum. CAMERAR. de bello Smalc. SLEID. l. 7. REV. RECHENB. *Diss. de rel. arm. def.* §. 19. Quod tanquam illicitum damnabat BYRCARDVS in *autonom.* SVRIVS, QVETTA, AVILA & NAT. COMES, refutati a COLERO de *iure Imp. Germ. concl.* 73. §. 9. ZIERZIO in *apol. pro foed. Smalc.* IAC. BRVNNEM. de *foederibus stat. imp.* §. 30. BVRGOLD. ad *instr. pac. P. I. D. I.* §. 21. Interim frequenter res in comitiis tractabatur, induciaeque religiosae ad certum condebantur tempus. vid. SCHILTER. de P. R. c. 1. §. 7. & c. 2. per tot. Inter quas memorabiles sunt de A. 1532. Noribergae initae apud HORTL. l. I. c. 10. vbi & primarii autores, qui de iis agunt, fusc memorantur MAIMBOVRG. *hist. Lutheran.* l. 3. f. 4. in fin. Talis, inquit, fuit pax Noribergensis, quae Lutheranis Protestantibus libertatem conscientiae ad tempus, siue (ut dici solet,) per modum provisionis, peperit. LEHM. de P. R. l. I. c. I. GOLDAST. T. I. p. 511. SCHILTER. d. c. 2. §. 16. Haec tamen induciae impedire non potuerunt, quo minus odium istud vtramque inter partem indies cresceret, dissidiaque tamdiu gliscerent, donec, instinctu maxime Aulæ Rom. in apertum bellum, quod Lutheri affiduis precibus Deus haecenus auerterat, Turcarum irruptiones, aliaque im-

nomen Pro-
testant.

Foedus
Schmalcald.

variae indu-
ciae religio-
se.

pedimenta obuertendo, statim post eius fata 1546. sub
Schmalcaldici nomen notum irrumperet. De quo vid.
 omnino HORTLED. in incomparabili opere *de Bell.*
Schmale. CAMERAR. *comment. graeca de hoc bello cum lat.* quas tandem
uersione & supplemento Sim Stemii apud FREHERVM T. 3. secutum bel-
 lum Schmal-
 p. 387. *segg.* add. THVAN. *hist. sui temp.* SLEIDAN. *de flata-*
tu relig. PVFEND. *de rebus Suec.* l. I. & quos citat Dn. Dr.
 SCHWEDER. *laud. diff.* §. 5. *in fin.*

§. XI. Belli huius *injustitiam* ratione Protestantium in De cuius in-
 dubium vocabant non pauci; (vid. scripta apud HORTL. *stitia a non-*
 T. 2. l. l.) quin imo inter ipsos Protestantes permulti ha- nullis dubi-
 rebant, (inter quos ipse MELANCHTHON. apud HORTL. *tatum.*
 T. 2. l. 11. MATT. RAZENBERGER. *ibid.* c. 12. aliique apud
 GOLD. *Pol. imp.* P. 31.) *num arma essent aduersus Caesarem,*
si eos inuaderet, capienda? quam in rem & Theolo-
 gorum & Politicorum conquirebantur consilia, quorum
 plerique id defendebant, asserentes, iustam conscientiae
 libertatis defensionem adeo esse naturalem, vt nullis illi
 derogari posset legibus. GOLD. l. c. Et recte; nam licet
 iuxta monitum PAULI *ad Rom.* XIII. superiori sit ob- Sed iustus
 temperandum, illud tamen viterius, quam ius superioris defenditur
 permittit, extendi nequit; Iam vero coactio circa fidem
 nullo iure superiori competere, iam supra fusus c. 1. §. 6. *segg.*
 fuit ostensum. Notum est illud, impune obsequium de-
 negari ei, qui supra iurisdictionem vult ius dicere. l. f. π.
de iuris. Egregia sunt hanc in rem verba BVGENHA-
 GIT, (qui primus ex theologis defensionem religionis
 contra Caesarem admisit) apud HORTL. l. c. p. 64. n. I.
segg. quae huc apponere lubet; *der Kaiser, sagt er, ist*
nicht Richter, oder Ober-Herr in dieser Sache, sondern
Gottes Wort; In dem, das er Kaiser ist, wollen wir ihm in
allen dingen gehorsamen, noch mehr, denn andere; und wie
Christus lehret; gebet dem Kaiser was des Kaisers ist; aber
in den stücken, die Gott zu gehören, ist er nicht Kaiser, noch
 Ober-

Oberherr; Er sol es auch nit begehren; Er ist auch nicht dazu von uns angenommen; niemand hat ihm darinnen gebuldiget; wir wollen ihn auch gern berichten, so er uns als ein Christen-Herr hören wil. Denn Christus sagt darzu gebet Gott (nich dem Kaiser) was Gott geböret; darum sol er sich erkennen fur einen Kaiser, und nicht fur einen Mörder; fur einen Christen-Herrn; und nicht einen verfolger des Evangelii &c. Mox pergit. n. 7. Wenn aber der Saul wäre zugefahren, und hätte das volck mit gewalt wollen dringen von Gottes wort, zur abgötterei, und derowegen angefangen zu hauen und zu morden, ich halte, Samuel hätte ihn selbst erstochen, oder sich gewaltig mit dem volck wieder ihm gewehret, wie wir auch lesen im buch der Maccabæer, das die juden sich mußten leiden und gedulden, wenn heidnische Könige über sie regierten; aber wenn dieselben anfingen sie zu dringen von Gott, und zwar zur abgötterei, achteten die juden, das jene nicht mehr wären ihre Oberherren; darum wehreten sie sich und schlugen getrost darein; und Gott half ihnen &c. *Profecto si sensus esset Apostoli, quod christianos etiam in causis fidei oporteret superiori obedire, qui potuisset ipsemet suo exemplo contrarium probare; quoties enim non neglexit interdictum Magistratus &c. in annunciando Evangelio strenue perrexit; ipse PETRVS coram synedrio: iudicate, inquit, num fas sit, hominibus magis obedire, quam DEO. conf. PVENDORF. de habitu rel. Christ. §. 6. & in dedicatione add. egregium consilium apud HORTL. l. c. c. 5. & 6. Iure quoque humano discreto cautum est, quod rescriptum principis contra ius diuinum sit ipso iure nullum. l. f. c. si contra ius. Cum itaque Caesar iuberet, vt verae, quam Lutherus monstrauerat, religioni nuncium mitterent Principes Protestantes, & ad ritus Pontificiorum supersticiosos reuenterentur, hocque armis ab iis impetrare contenderet; quid magis iustum, quam vt armis arma repulsarent? Manet nam-*

namque hoc: *Caesari parendum, sed usque ad aras.* PV-
FEND. l. c. ALB. GENTILIS *de iure Bell. l. 1. c. 9.* Rev.
RECHENB. cit. *diff. §. 9. sqq. §. 17. sq. & §. 21. 32.* conf.
SYRING. *de P. R. c. 3. in fin.* vbi in hunc modum Ma-
gnum ICrum refert consuluisse ciuitati Hagenauienti,
cum binis rescriptis religionis exercitio Caesar eam in-
terdixisset. Exhibet istud consilium 1566. datum LEHM.
de P. R. l. 3. c. 47. Quoties itaque haec duo praecepta,
obtempera Deo, & obtempera superiori; inter se pu-
gnant, posterius cedere debet priori. Id quod iuri
Nat. omnino conforme est, vt pote iuxta quod in colli-
sione duorum officiorum fortius superat semper minus
forte. GROT. l. l. c. 1. §. 10. ZIEGLER. *ad LANCELL. l. 1.*
tit. 2. Sic v. gr. parentes non sunt laedendi; sed si fiunt
hostes patriae impune laeduntur. l. 35. *de relig. & sum.*
fun. Degenerato itaque Imp. ex patre patriae in hostem,
nexus, quo alias ei erant obstricti, optimo iure liberaban-
tur Protestantes. HORTL. c. 2. Accedit, quod maxime
circa hanc rem attendendum, Remp. Imp. esse mixtam,
cuius partem Protestantes quoque constituunt, hincque
Caesari non licere pro lubitu agere, imprimis in *causis*
religionis, ad quas, vt supra §. *praec.* iam monui, neuti-
quam quadrat, vt quod maior pars ordinum Imp. sanc-
uit, paucis quibusdam rescindere non liceret. conf.
BURGOLD. l. c. P. 2. d. 5. *per tot* CONRING. *ad Lampad. P.*
3. c. 21. §. 13. SCHILTER. *de P. R. c. 3. §. 15. sq.* HUGO. *de*
statu rel. germ. c. 3. §. 47. Rev. RECHENB. cit. *diff. §. 17. j.*
§. 21. sqq. ZENTGRAF. *de libert. rel. §. 2.* His omnibus
ipretis, cum nihilominus Caesar arma contra Protestan-
tes arripere, non poterant non se defendere, Dei enim
agebatur causa.

§. XII. Demonstrato itaque, rectius arma contra Cae-
sarem Pontificiosque fuisse arrepta, eo quod *religionis*
inuitu in naturalem solari essent statum, nulloque amplius,
durant-

Hincq; con-
tra securam
pacem reli-
giosam in-

epse exce-
prio metus
iniusti oppo-
nitur.

Scriptores
Pontificii
eam impu-
gnantes.

Quorum ar-
gumenta re-
futantur i.)
quod metu
iniusto sit ex-
torta.

durante bello, iuncti vinculo, per se patet, contra factam
A. 1552 *transacionem Passaviensem*, indeque secutam August.
Vind. a. 1555. *pacem religiosam*, exceptionem *metus iniusti* lo-
cum habere neutiquam posse, sed huc omnino applican-
da esse, quae *praec. cap.* de liberis gentibus tradidi. Vana
itaque fuit temeritas quorundam Pontificiorum, qua con-
ventionem hanc publicam impugnare, catholicosque inde
obligari neutiquam posse publicis scriptis clamabant, quo-
rum praecipuos hic recensere lubet. Maximas turbas cie-
bat quidam nomine FRANCISC. BVRCARDI cancell. Colonien-
sis abutens *autonomia sua, siue von freystellung mebrerley
religion* München. 1586 93. & 1601. 4. Verum libri au-
torem putant alii A. GAILIVM. Alii A. ERSTENBERGERVM
vid. PET. RIBADENEIRA *l. 1. de Princip. c. 16. f. 132.* Alii v-
trumque. conf. WAHR. AB EHRENBACH. *de foeder. l. 2. c. 2. p. 222.*
CONRING. *ad Lampud.* Alii *Iesuitas* colonienfes eius auto-
res faciunt. vid. PLACCIVS *Th. An. & Pf. p. 145.* Quisquis
sit, scriptum hoc magno excipiebatur a catholicis applau-
su. Frustranea tamen ista esse iubila, ex Protestantibus mul-
ti ostenderunt. Quae Saxones illi opposuerunt, extant
sub *tit. Des H. R. Reichs Augapfel*, contra quod rursus pro-
mulgabatur aliud. *Wer hat das kalb ins aug geschlagen?
de Dommarein* van DISSINGAV & A. B. de GODENTIIS
scriptis autori *autonomiae* oppositis vid. STRVV. *in Bibl.
iur. c. 14. §. 38.* vbi & de aliis pacis impugnatoribus SCIO-
RIO & *Iesuitis Dillingensibus.* His adde OSTERMANNVM
in disp. cam. 8. G. F. de BVCKISCH. & Ern. de EYSEBIIS,
contra quem tamen vid. CONRING. *infra §. 17. cit. & ex i-*
psis catholicis Car. a LOBCOWITZ in pace S. I. R. licita Vi-
ennae 1649. tertium edita f. Agedum, examinemus eor-
um argumenta. Praecipuum est, quod vi metuque ab im-
peratore & statibus Catholicis eam dicunt extortam. At,
qui vel leui rerum tunc temporis gestarum noticia tinctus
est, falsitatem illius asserti facile intelliget. Quis enim
nescit

nescit potentiam caeſaris, qui, proſtratis Proteſtantium firmiſſimis fulcris, veluti triumphator Auguſtam Vind. intravit, teſtibus ipſis catholicis THVAN. l. 4. IOVIVS l. 45. *hiſt. in f. add. imprimis GEORG. SCHERER. f. 101. vbi in caeſarem inuehitur, quod victoria ſua non melius fuerit vſus, ſicque concludit: Denn da Ihr. Maj. die victorie proſequirt, und den religions frieden nicht wieder angerichtet, wurde es viel beſſer um die cath. Rel. ſtehen.* Sicnamque Saxon. Eleſt. Haſſiaeque Landdgravius tenebantur captivi. THVAN. l. 21. Nec minus potentiam ipſius veritae potentiſſimae imp. ciuitates praeter Bremam & Magdeburgum ad vnum omnes defecerant. SYRING. de P. R. c. 2. p. 23. LEHM. l. 3. c. 35. p. 342. *clementiae imperiali ſecuritatem ſuam acceptam ferentes*, verba ſunt ADAMI, itidem ſcriptoris catholici, *in rel. hiſt. de pac. Weſtph. p. 3.* Qui itaque caeſaris animum metus occupare potuit? Qui pacta extorqueri poterant illi, qui non incolis tantum ſed & exteris regibus erat formidabilis? tantum abeſt vt ab exiguo Proteſtanti-um numero ad incitas ferme redacto, ac omni ſubſidii ſpe prorſus orbatu cogi potuiſſet? Opponiſſet arma & exercitum Mauriti Sax. Electoris, quem A. 1552. pro liberatione Haſſiae, (cui data ſemel de liberatione fide turpiter poſtea denegabatur, Reu. RECHENB. *cit. diſſ. S. 27.* & THVAN. l. c.) & impedienda, quam caeſar affectabat, Monarchia, eduxit. WORTLED. l. c. 45. c. 4. n. 23. EVRGOLD. l. c. P. I. d. 1. § 37. ſq. Sed, num fidem meretur, Catholicos, vbique ferme, vti monui, victores, ac multitudine iſtum longe ſuperantes, illius metu percuſſos pacem iniſſe? Profecto fuiſſet hic metus admodum vanus, nec dignus, qui attendereſſet. Vt taceam, MAVRITIVM biennio ante iſtam pacificationem A. 1553. in praelio ad Siuerſhufam in Duc. Luneb. contra Albertum Brandenb. pugnantem poſt acceptum graue vulnus occubiſſe THVAN. l. 12. p. 357. Qui autem, armis A. 1555. quo pax tranſigebatur, vndique depositis, vis ſiue metus locum inuenire

poterat? Vt itaque potius dicendum, moram ipsius Pontificis in congregando concilio, eoque in Germania, quem admodum caesari ordinibus promiserat, in causa maxime fuisse, vt, alia commodiori controuersias religionis deciderint. Sed finge, arma Protestantium quid contribuisset ad istam pacem, memoriamque forsitan refricuisset caesari angustiarum, quibus oenoponti se viderat constitutum, ex dictis tamen in *praec. cap.* sufficienter constat, pacis conditiones fere semper inuitis dari, & a victoribus vi ac metu accipi, vt, quod dici solet, *minima de malis. Raro namque aequis ac integris viribus ad pacem peruenitur.* FOERSTNER ad *ann. Tac. p. 247.* iam vero recte ad Principes Protestantes applicanda tunc fuisse, quae alias ad liberas gentes omnes, constat argum. traditorum in §. II. Sed cur tot verborum ambagibus Protestantium causam peroro? Inspiciant modo dissentientes acta publica, hanc pacificationem quae praecessere apud LHM. de P. R. l. I. per tot, & nisi praedictis plane occaecati sint, conuenteantur necesse est, *deliberatis animis* pacem esse compositam. Legant insimul ipsas pacis tabulas, & luculenter illis constabit, non *vi aut metu* sed *libero* belligerantium *consensu* tranquillitatisque amore illam esse compositam. Quid enim clarius esse potest quam verba §. 13. *Solche nachdenckliche Unsicherheit aufzuheben, der stände vnd vnterthanen gemüther wieder in Ruhe und vertrauen gegen einander zu stellen &c. haben wir vns mit den Churfürsten &c. vnd sie sich mit vns VEREINIGET VND VERGLICHEN.* Ne dicam in omnibus ferme insecutis comitiis illam pacificationem esse confirmatam, vid. R. I. de A. 1577. §. 8. 59 §. 5. 66. §. 6. 82. §. 9. 94. §. 8. 163. §. 4. & 164. §. 15. Quid quod ipsi status catholici in declarat. sua ad MAXIM. II. Ratisbonae 1576. confessi sunt, pacificationem istam *vnanimi consensu* omnium & sine omni distinctione *absolute* fuisse, *ratificatam.* Qui itaque metus amplius obuer-

ti potest, qui, si adfuisset, iam pridem per liberum consensum *ex post facto* fuisset ratificatus, iuxta tradita in §. *ult. c. 2.* Consensus, hic repetitus denuo est per pacem Westph. vbi per *art. 5. §. 1. pax religiosa in omnibus suis capitulis unanimes Imperatoris Electorum Principum & statuum consensu rata habetur. Non attempta cuiusvis siue ecclesiastici siue politici intra vel extra Imperium quocunque tempore interposita contradictione vel protestatione, quae omnes inanes & nihili declarantur. I. §. 50. & nouissimis capitulationibus §. 2. vbi fufius haec deprehendes. Caeterum conf. praeter iam adductos SCHVZIVM *vol. 2. d. 4. §. II. lit. A. CAREZ. de L. R. G. c. 3. sect. 6. n. 10. NORDERMAN. de iure Princip. concl. 27. lit. A. LIMN. iur. publ. l. 1. c. 13. n. 19. add. imprimis WVRMSER. ex iur. publ. §. 2. vbi Fr. BVRCARDO & OSTERMANNO solide responderet.**

§. XIII. Porro validitatem *pacificationis religiosae* dubiam facere tentant, ex eo, quod iuxta illos Evangelici sunt *haeretici, quibus fides non sit seruanda.* At facile hanc impu-
tationem in Evangelicos deprehendo iniectam, nunquam vero probatam; quod si sufficeret, eadem facilitate illa in eos retorqueri posset, quin imo etiam non leuibus demonstrari argumentis. Clament quidam, *nostram doctrinam esse diabolicam, ecclesiam Synagogam Satanæ, nos esse nouatores, decemprores, impostores, fures & quid non,* (vid. IAC. MORONESA, Monachus Caelestinus in *vita Lutheri* apud GOLDAST. *polit. imp. p. 25.* vbi nefandis Lutherum profcindit conuictiis,) verba haec sunt, fuerunt, eruntque praetereaque nihil, quamdiu nil probetur. Centies ac millies euomant hoc virus in Evangelicos, sola tamen ista inculpatione *haeretici* non fient, sed manebunt calumniae, donec modis legitimis dicteria sua probauerint. Prodeat in scenam, qui vere dicere possit, doctrinam nostram ex *S. Codice* vnquam esse refutatam, quod tamen fieri deberet, cum ille norma sit, ex qua vera religio omnisque haerefeos conuictio demonstrari debet. Sed nec imposterem hoc vnquam futurum, spem habemus tam certam ac indubitatam, quam certa sunt ac immota ipsamet *sacra oracula hoc in Codice contenta.* Indicium sane ma-

(II) Quod
haereticis
non sit ser-
uanda fides.

110 CAP. V. DE EXCEPTIONE METVS INIVSTI

lae causae est, quod pontificios non semel poenituerit ex sacro hoc fonte nobiscum in arenam descendisse. conf. testimonia ipsorum hac de re exhibentem LVD. de MONTESPERATO, in vindic. pac. Osnab. §. 8. n. 45. sq. Lux namque illae est, omnes illuminans tenebras; hinc auctoritatem illius vilipendere coeperunt, qui non rationibus sed conuitiis certandum esse credere; quid quod nonnulli eo prolapsi sunt proteruitiae, vt S. Scr. ceu pernitio iam istis temporibus, ex ecclesia plane exterminandam, duxerint. vid. DIETERICI *instit. catech.* HVTTER. aliosque ad locum de S. Scr. Meras itaque has esse calumnias manifestum est. Sed pone, haereticos nos esse, num ideo data nobis deneganda erit fides? vid. quae pluribus pro demonstranda absurditate illius dogmatis disserui *cap. praec. §. 13.* Hoc tantum addo, cum Euangelici nunquam pro haereticis ab Imperio sint declarati, sed potius per pacem Rel. approbati, nil nocere eis posse istam imputationem certum est; tantum abest, vt inde exceptio contra validitatem pacificationis ibique stabilitam libertatis conscientiam, locum inuenire possit. conf. pluribus *instit. MAYERI* quaest. *summe Protestantes iure Caesareo haeretici, contra sanguinarium Casp. sciopii classicum sacrum Arg. 1621. 4.*

(III.) Inanis Pontificis protestatio ob non adhibitum eius consensum.

§. XIV. Sed videamus breuibus adhuc, num Pontificis protestatio ob non adhibitum eius consensum validitati pacis nostrae obstat? Et facile quis videt, illam plane esse inanem. Quid enim Praeful iste Romanus cum nostro Imperio? Equidem, quia de religione agebatur, sine eo istam pacificationem nulla ratione posse conualescere putabat; agi siquidem de minuenda sua auctoritate; iurisdictionem suam ac Episcoporum Romanensium suspendi, multaue alia in suum fieri praeiudicium. vid. LEHM. l. 3. c. 35. *quaest. II p. 360. sqq.* Vnde immensi fastu ac vix audita insolentia in Caesarem inuehebat. conf. SLEID. l. 26. in f. P. SVAVIS *hist. Concil. Trid. l. 5. p. 449.* SCHWEDER *d. de constant. pac. rel. §. 29. add.* ATHANASI cuiusdam scriptum apud GOLD. *Pol. Imp. p. 25.* Verum vana sine iure & viribus ira. Quo enim iure id postulare poterat Pontifex? Quoties haec praetensa ipsius potestas illi fuit repro-

Scriptores de eius usurpatione in Imperium.

reprobata? conf. 4LR. ab HVTTEN iudicium, quomodo vnoquoque tempore Pontifices Rom. erga Imperatores sese gesserint, vbi integrum catalogum scelerum Paparum in Imperium necit. Nota quoque sunt, quae LVDOVICI Bauari temporibus 1138. ideo fuerint decreta apud GOLD. T. I. f. 337. sqq. & in Polit. imp. p. 4. n. 3. add. GVNTHER in Ligurino, cuius verba exhibentur in Gundlingianis f. 17. p. 186. sq. AVENTIN. in anu. Boic. l. 8. Sackssche Kayser Kron. p. 146. Dn. SCHWEDER. in iur. publ. p. sp. 1. c. 2. §. 25. & cit. d. p. 57. ibique citati Adhaec sexcenta prostant scripta vsurpationem pontificum in imperium demonstrantia apud diligentissimum eorum collectorem GOLDAST. in Tomis II de Monarchia imp. cum quibus conf. syntagma tractatum de imperii iurisdictione autoritate & praeminentia &c. a SIM. SCHARDIO collectum Basil. 1566. f. reconf. Arg. 1609. Quae in singulis collectionibus contineantur vid. apud STRVV. Bibl. iur. c. 14. §. 47. Egregia quoque sunt, quae contra istam papae in imperium arrogantiam scripsit G. S. SELDIVS in consilio super attentio Pii V. contra electionem Imperatoris iniquissimo add. DISSINGAV. in der inform. von sacra, der antonoma c. 12. sq. Urgebat maxime pontifex, curam facorum omnem ad se tanquam Christe vicarium pertinere, ideoque non poruisse Principes imp. de ea per pacem relig. disponere. Sed hoc merum episcopi Rom. esse commentum, saepius a DD. fuit ostensum, vid. praeter iam citatos SCHWEDER, cit. D. §. 30. GRO T. de imp. summar. potest. circa sacra, Alex. IRVINVS de iure regni, vbi DISSINGAV. l. c. c. 8. Latius insignique doctrina id persecutus est. BEN. CARPZOVIVS sub nomine Lud. de MENTESPERATO l. c. §. 29. sqq. qui omnino legi meretur, conf. & LEHM. l. c. c. 45. SCHILTEK. de L. E. G. l. 7. c. 6. §. 13. sq. & l. 6. c. 7. §. 6. Nil itaque certius est, quam vt non obstantibus vel Pontificis vel cuiusvis alius oblocutionibus firma ac inconcussa maneat haec pacificatio, imprimis cum per publicas imp. constitutiones eae non semel fuerint interdictae per textus supra §. 12. in fin. adductos, add. Dn. Dr. HOFFMANN. in D. de ratione interpretandi LL. imp. R. hoc anno Lips. habita. c. 3. §. 5.

§ XV. Progredior ad aliam periodum Germaniae fustam, qua ordines Noua Perio- Imp. iterum in statum naturalem recidisse dicendum erit. Nam licet in pace dus qua or- ista religioa liberum religionis exercitium ita videretur stabilitum, vt nunc dines imp. pacata omnia credidisses, nec Germanos amplius in propria rituros esse vi- in statum sacra; Catholici tamen nullam omiserunt occasionem, saluberrimam hanc nat. recide- constitutionem, quae pro Palladio Germaniae habebatur, multis modis per- runt. forandi conf. Treubertzige Erinnerungen eines teutschen Patrioten an die Stan- occasio illius. des Reichs Augsburg. Confession von der Papißen Practic und Ansbiege, ad. Variae Ca- de, qui grauiamina statuum plena manu collegit LEHMAN l. 2. per tot. Erant tholicorum quippe animi pleni rancoris odiique contra diuersa ab iis sectantes sacra in- infractiones dies, magis magisque accensi per varia nonnullorum tranquillitatis osorum pac. rel. scripta, clausum belli sacri canentia. Inter quae noti sunt versus illi sangui- nolenti a Iesuita quodam in comitiis Augustanis 1591. affixi.

*Quaratione queat Germania salua manere,
Suscipe consilium, Lector amice, meum;
Vt iure tuo, Caesar, seruosque Lutheri
Ense, roza, ponto, funibus, igne neca.*

vid. BVRGOLD. l. c. P. I. D. r. p. 32. Vnde nascabantur motus cum Gebhardo Archi-Ep. Colonienfi A. 1582. de quibus vid. acta apud LEHM. l. c. l. 3. c. 10. sqq. Turba circa electionem Archi-Ep. Argentorarenfis. A. 1592. Profcripio ciuitatis Aquisgranensis 1593. cuius tamen executio suspendebatur, itemque Donawerdae 1607. aliaque apud LEHM. l. c. add. BVRGOLD. l. c. §. 51. sqq. Mox sequebantur A. 1609. controuersie in successione Iuliacenti.

Vnde foedus
defensiuum
Halae Sue-
uor. inquit.

MO rel. de Pac. Westph. c. 10. contra easie munire coeperunt, isto iterum,

(vbi praecedenti seculo Schmalcaldiae vid. §. 10.) foedere defensiuo Halae

Sueuorum 1610. cui Catholici Herbipoli ligam suam opponebant. Ex his quisque facile nouam belli flammam praefagebat, quae & dein post 8. annos in maximam Germaniae deuastationem in Bohemia erumpere coepit. Attamen cum bellum istud omnes nondum afficere Protestantibus videretur, sed pro obatinenda, quam sibi maiori iure, ac FRIDERICO V. competere credebatur FERDINANDVS II. Imp., corona Bohemica geri diceretur (conf. GOLLDAST. de regno Bohem. nuper cura I. H. SCHMINCKII recusa) 1624. bellum magnis successibus deuolueretur in Saxon. infer. Danusque liberationem eius intendens in simul implicaretur, reliqua tamen Germaniae pars, quasi Iosephi damnum ad se nil pertineret, adhuc tranquilla manebat, donec tandem famoso illo Edicto Resistorio de A. 1629. aliisque propria autoritate contra pacem relig. factam decisionibus, quas per Commissarios suos vbiq; exequi iubebat, BRACHEL. l. 3. Hist. p. 185. sq. quo animo in Protestantibus esset, sufficienter declarasset. Tunc ad quemuis veluti vox ista spectare videbatur: AD ARMA! AD ARMA! HANNIBAL ANTE PORTAS. Hinc ad conuocationem Saxonis A. 1630. Lipsiae magno numero confluxerunt Principes Protestantibus, vbi decreto, iuste arma pro defensione LL. & patriae capi, bellum per totam Germaniam diffundebatur, succurrente in auxilium Rege Sueciae PFENDORF. de rebus gest. Suec. l. 1. CHEMNIT. de bello Suec. Reu. RECHENBERG. cit. diss. §. 30. sqq.

quoque post E-

ditum Fer-

dinandi re-

sistorium

sequebatur

bellum Ger-

man.

quo ipso sta-

tus eorum

nat. incipie-

bat.

§. XVI. Et hoc sane erat istud tempus, quo status iterum in naturalem redidisse videbantur libertatem. Qui enim tanquam ciues vnus Reip. amplius considerari poterant, quorum altera pars misere afflictata atque oppressa, superiorique ac iure in Consilio Imperatoris autico destituta erat. Nam cum si- leant LL. nullaque amplius ex ciuili societate LL. ac iudiciorum suppetant praefidia, quid magis naturale, quam vt ita status naturalis incipiat, & propriis viribus sibi quisque ius dicat, GROTI. l. 2. c. 2. & l. 3. c. 2. COCCCEL. l. 1. p. publ.

Publ. c. 23. §. 1. n. 29. obseru. Hall. T. 6. obs. 31. lit. (m) Id quod ipsos Imperatores approbasse, temporeque diffidationum quoties iustitia denegata erat, bella statuum legitima pronunciasse, supra §. 6. audiuius. Imo ipso hoc belli tempore hunc eorum statum naturalem Caesar agnoscere videbatur, admittendo legatos ordinum belligerantium. Quæ cum ita sint, omnino & ad hunc Germaniæ statum applicanda erunt tradita in *præc. cap.* Ex hoc statu naturali re-
 finitus per
 uertebantur non nisi, donec bellum hoc, multo Germanicæ gentis cruore ge-
 pac. West-
 phal. vid. *Dn. Dr. C. O. RECHENBERG* in nupera *diff. de obligatione vniuersali pac. Westph. §. 4. BYRGOLD. ad Instr. pac. P. 1. D. 2.* Hac namque in vnum iterum coire ac propter dissensum religionis se non amplius turbare
 vellet promittebat vtrumque belligerantium corpus. Confirmabatur itaque
 qua' contro-
 uersia relig.
 plane sopie-
 bantur.

per eam non solum toties perforata pax religiosa, sed & omnes propter religionem hætenus controuersia, quantum fieri poterat, decidebantur. Vt itaque ex mente pacificentiam perpetua æternumque valitur a pax esse deberet. Quem in finem statim promulgabatur *Edictum executionis d. 7. Nou. 1648.* & *an. 1649. d. 2. Mart. aliud Arctier exequendi modus.* Quod mox excipiebat *Noribergæ d. 29. Sept. Erster Friedens-Executions-Haupt-Recess* & dein *d. 16. Jun. 1650. ander Friedens-Executions-haupt-Recess*, quæ pro maiori pacis validitate nouissimo *Recessui Imp. de an. 1654.* post intrum, pacis inserta leguntur. Et ne illam pacificationem quis in dubium vocare auderet, in omnibus infelicis capitulationibus illa fuit confirmata *art. 2.* Hinc tot egregiis encomiis *pax ista a DD. celebratur, studiose collectis a Dn. Dr. C. O. RECHENBERG l. c. §. 8.*

§. XVII. Cessant itaque, nulliusque momenti sunt obsecratorum prote-
 stationes contra saluberrimam hanc pacem. Vanus dissensus Pontificis IN-
 ter protestan-
 NOCENTII X. eius quippe consensu circa Imperii negotia plane opus tiones con-
 non esse, supra iam §. 14. fuit demonstratum. Vt itaque mirum, quod Præ-
 tra hanc pa-
 pacis Rom. nondum desinere potuerit salcem in alterius mittere messem.
 Et sane Bulla eius, ZELO DOMVS DEI ex Tarpeia arce *d. 26. Nou. emissâ, 1)* pontificis
 exhibita in *CHERVINI Bullario magno T. 4. p. 269.* quo coalitam pacem, *Innocent. X.*
 cum eam nullo modo impedire potuerat (vid. *Dn. RECHENBERG. l. c. §. 9.*
 mox euanuit, pace executioni data. Ineptias eius hic indicare, superuacuum
 duco, cum id ab aliis satis superque factum intelligo. Sic namque eam graui-
 ter depexam dederunt *DAV. BLONDELLVS* sub ficto nomine *AMANDI*
 FLAVIANI *1651. 4. IO. HOORNBECK* in examine illius *Bulle vltra. 1652.*
 4. *BEN. CARPZ.* sub nomine *LVD. de MONTESPERATO* in *vindicis*
Rac. Orsnabrug. contra Innoc. X. bullam annullatoriam 1653. 4. Titulus præse-
 fert *Londinum*, sed in *Germania* lucem vidisse, typi ostendunt. Quis iste est
 feret *MONTESPERATO* varia *DD.* erat coniectura. *CONRINGIO* propter
 variam in eo scripto doctrinam plerique id attribuebant, sed esse *CARPZO.*
 VII factum postea ex *diff.* eius de *coercitione hæresicos Lipsi, 1674.* habita §. 8.
 cogni-


cognitum fuit. vid. THVLEM, de *obſou. c. 20.* PLACCIVS in *Theſaur. anon. & Pſud. p. 44.* Nec tamen CONRINGIVS omiſit pro ſolida ſua doctrina in hanc INNOCENTII bullam animaduſiones quæ adſam emittere, iunctas libello eius de pace Proteſtantibus danda, quas ſub nom. IRENÆI EVBVLII Frideb. 1648. 4. oppoſuit iudicio Theologico ſub nomine ERN. de EVSEBII S, ante conſectam ad huc pacem Eccleſiopoli 1647. publicato. Verus illius iudicii Theol. autor erat JO. MVHLMANN e caſtris Lutheranorum ad Catholicos transfuga, qui pacem, qualem Proteſtantes deſiderabant per ſe illicitam clamabat, reſutatus præterea a Car. a LOBKOWITZ in pace licita. de qua tamen vid. *ſo. Ad. SCHERZERI programma* in collect. programma- tum a Reu. C. F. BOERNERO Lipſ. 1717. 8. ſub tit. *Academia Lipſienſis pietas in ſacroſanct. reſormationem. conſ.* etiam Dn. SCHWEDER *cit. d. ſ. 9.* Porro comparuit contra hanc bullam ſcriptum Germ. *Rettung des ſuabr. Friedens wider Innocent. X. nullitäts-Erklärung.*

2) etiam pri-
uatorum.

§. XVIII Præuiderant hæc proteſtationes Pacificentes, quare ne ex pacifica- tionis ſuæ forent nocumeto peculiari *art. 5.* illi præuenire uoluerunt iunct. *rext. ſupra §. 12. in ſin. adductis*, add. SCHILTER de L. E. G. I. 7. c. 23. §. 6. BVRGOLD l. c. P. 2. *diff. 17. §. 1.* Quibus iſtis omnes priuatorum oblatrationes prohibuerunt, inprimis cum per eas pſtiſtis temporibus multarum diſcordiarum materiam fuiſſe enatam intellexiſſent vid. LONDORP, T. 6. l. 3. *contin. c. 30. p. 29.* Inſana itaque impudentia eſt, nonnullos, his inſuper habitis, ſibi temperare non potuiſſe, quin bilem ſuam contra hanc pacem quocumque euomerent. vid. Dn. HOFFMAN l. c. c. 3. §. 5. p. 31. ſq. In recenti etiam memoria adhuc ſunt, quæ 1715, cum PAVL. VSLEBERO Prof. Heidelberg. in *diff. de diſciplina Eccleſiæ ver. & mod. idem feciſſet*, geſta ſunt, quæ nouo decreto prohibitiuo anſam præbuerunt, vid. FABRI *Staats-Cantz. P. 26. c. 13. p. 714. ſq. & P. 27. c. 10.* Hoc ipſo tamen non prohibitum, religionum fundamenta aut errores ex ſacro Cod. demonſtrare, multo minus in ipſam commentari pacificationem, modo id fiat veritatis ſtudio, abſque omni ſeruore intempeltiuo, ac iniuriis, ne publica religionum tolerantia eorumque liberum exercitium impugnetur. HOFFMAN. l. c. §. 6. ſq. Manet itaque pax Weſtplica *perpetua lex & ſanctio Imperii pragmatica*, nullo modo in dubium uocanda, ex qua omnes impoſterum de religionis in Imperio exercitio controuerſiæ erunt decidenda, niſi quædam in ſubſecutis Pacificationibus Neomagenſi de A. 1679. Ryswicenſi de an. 1697. ac Badenſi 1713. fuiſſe aliter conuenta doceri poſſit, de qua materia in præſenti diſſerere non vacat, cum ſæpe præta biberint, & ſic properandum ſit ad FINEM.

ERRATA EXTANTIORA.

Pag. 5. leg. induere. p. 7. leg. SVEND. p. 9. leg. cur nos & in f. poſt ICus del. quon- dam. p. 11 §. 9 lin. 5. leg. hæc. p. 15. leg. ad bonam. p. 24. § 7 lin. 3. del. S. C. p. 27. leg. analogica ciuili. p. 28. leg. facti infamiam. p. 29. leg. ad poſtulantiam, & mox del. obieſto & ponatur in marg. obieſto. p. 34 poſt l. 26. π. add. munic. p. 39. del. menſ. Aug. p. 58. leg. induit. p. 71. leg. THVANI. p. 76. leg. conquereretur. p. 77. PROMISSISSE. p. 78. de Carthe- rinc. p. 88. FROISSARDO. p. 95. in f. leg. iuri.





CORROLARIA.

I.

IN Germania vniforme & con-
sonumius introducere, res mo-
raliter impossibilis esse videtur.

II.

Magna pars statutorum & iu-
rium particularium ex consuetudi-
nibus antiquioribus orta est.

);(

III.

III.

Actionibus priuatorum leges praescribere, res est, quae ex praesenti Germaniae statu Dominis territorialibus magis conuenit, quam vniuersalibus imperii conuentibus.

IV.

Leges statuta dici possunt: si tamen in sensu consuetudinario vocem statutorum accipias, ea vox non bene adhibetur in describendis legibus particularibus statutum.

V.

V.

Magistratui inferiori statuendi facultatem in multis negotiis optimo consilio relinquit Princeps.

VI.

Diuersitas territoriorum, quae in Germania vni domino subiiciuntur, vt plurimum impedit, quominus Dominus territorialis etiam in sibi subiectis terris vnam iuris imprimis in iudiciis procedendi formam praescribere possit.

VII.

VII.

Clericis regulariter non succeditur in ciuitatibus municipalibus secundum ius statutarium.

VIII.

In statutis voce der rechten ächten Kinder etiam veniunt legitimated.



Halle, Diss., 1720
A-81

ULB Halle

3


002 187 035




56

1078







1720 3a
11

DISSERTATIO INAUGURALIS IURIDICA
DE

**EXCEPTIONE
METVS INIVSTI**

IN
**STATV NATVRALI
ET
CIVILI,**

QVAM
INDVLTV ILLVSTRIS ORDINIS IVRIDICI,
IN REGIA FRIDERICIANA,
PRAESIDE

DN. IVST. HENNING. BÖHMER O. IC.
POTENTISS. REG. BORVSS. A CONSILII INTIMIS
PROF. IVR. ORD. ET h. t. DECANO,

PATRONO SVO OMNI ANIMI SVBMISSIONE COLENDO

PRO GRADV DOCTORALI,

publico eruditorum examini
AD D. 28. NOVEMBR. M DCC XX.

H. L. Q. C.

SVBICIET
AVTOR

IOACHIMVS DIETERICVS EVERS,
WISMARIENSIS.

HALAE MAGDEBVRGICAE,
Typis CHRISTIANI HENCKELII, Acad. Typogr.